



MZ^o 4 vol

INST. ANTR.

N.º 1222

Est. 3

Div. I

Tab. 3

COIMBRA

LIBER A. OMNIA
ARAGE ET LAMPE

in quatuor Tomis tria-

JOANNI BELLINE
pub. SIMONIEN BRUGGI & Iacobo
LEONARDI

PRIMO PRO

ARISTOTELIS OPERA OMNIA, GRÆCE ET LATINE.



DOCTISSIMORVM VIRORVM INTERPRETATIONE
& notis emendatissima, & nunc tandem in quatuor Tomos distributa.

GUILLEMVS DV-VALLIVS REGIS CHRISTIANISSIMI CONSILIARIVS
& Medicus tertio recognouit, Synopsin analyticam adiecit, nouis disquisitionibus,
notis, & Appendicibus illustravit.

CVM TRIBVS INDICIBVS.

Quæ huic Editioni accesserunt pagina proxima indicabit.

TOMVS SECUNDVS.




PARISIIS,

Apud { IOANNEM BILLAINE.
SIMEONEM PIGET. } Viâ Iacobeâ.
FREDERIC. LEONARD.

Dedicatio delli. M. DC. LIII. de Longo Regularis
CVM PRIVILEGIO REGIS.

**СЛІДОГІЯ
АЙМО А ЯН
ГРЕЧЕ ЛАТИНЕ**





INDEX EORVM QVÆ SECVNDO TOMO CONTINENTVR.

Synopseos Analyticæ vniuersæ doctrinæ peripateticæ pars secunda, in hac vltima editione plusquam mediâ parte auctior, correctior & illustrior.

De anima.	III.	<i>Julio Pacio à Beriga interprete.</i>
De sensu & sensili.	I.	
De memoria & reminiscientia.	I.	
De somno & vigilia.	I.	
De insomniis.	I.	
De diuinatione per somnum.	I.	
De communi animalium motione.	I.	
De longitudine & breuitate vitæ.	I.	
De iuuentute & senectute, vita & morte, & respiratione.	I.	
De animalium incessu.	I.	
De spiritu.	I.	
De historia animalium.	X.	
De partibus animalium & earum causis.	IV.	<i>Theodoro Gaza interp. excepto libro X. Historiarum, cuius interpres Julius Cesar Scaliger.</i>
De generatione animalium.	V.	
De miraculis auditis.	I.	
Physiognomonicorum.	I.	
Quæstionum mechanicarum.	I.	
De iis quæ sub auditum cadunt.	I.	
De coloribus.	I.	
De lineis infecabilibus.	I.	
Paraphrasis libri De lineis infecabilibus.	I.	
De Xenocrate, De Zenone, de Gorgia.	I.	
Ventorum regiones & nomina.	I.	
	3	<i>Ioan. Bernardo Feliciano interp.</i>

G. Du Val author hanc vltimam editionem media parte auxit, correxit, illustravit.

INDEX FORUM QVAE SECONDO TOME CONTINENTAL



SYNOPSEOS ANALYTICÆ VNIVERSÆ DOCTRINÆ PERIPATETICÆ seu Operum omnium Aristotelis,

PARS SECUNDA,

Auctore GUILLEMO DV-VAL Pontesiano, Philosophiae, Graecæ & Latinæ,
in Parisiensi Academia Regio Professore & Doctore Medico.

In qua Libri Aristotelis secundo hoc Tomo comprehensi de Anima, de Sensu & Sensili, de Memoria & Reminiscentia, de Somno & Vigilia, de Insomniis, de Diuinatione per somnum, de communi Animalium motione, de Longitudine & breuitate vitæ, de luuentute & senectute, vita & morte, & respiratione, de Animalium incessu, de Spiritu, de historia Animalium, de partibus Animalium & earum causis, de generatione Animalium, de Miraculis auditis, Physiognomonicorum, Quæstionum Mechanicarum, de Iis quæ sub auditum cadunt, de Coloribus, de Lineis inseparabilibus cum paraphrasi, de Xenocrate, Zenone, & Gorgia, de Ventorum regione & nominibus, suo ordine omnes, Scholiis vberioribus, ac fere commentariis priorum dignitate & copia illustrantur.

IN HAC POSTREMA EDITIONE AB IPSO AVTHORE
media parte auctior facta, correctior, illustrior.

Summa librorum Aristotelis de Anima.



ORPVS perfectè mixtum vel inanime est, de quo libro quarto meteorotū: vel animatum & viuens, de quo deinceps agetur; libro scilicet de anima, de sensu & sensili, memoria, somno & aliis. Horum ergo librorum de Anima materies est corpus animatum; quod est species corporis naturalis, à tota Physica, instar obiecti totalis, considerati. Ecce tè vel hic vel nullibi, agitur de corpore animato. Cuius maximè proprietates ibidem explicantur; ut vivere, nutriti, sentire, moueri. Hæc

Tom. II.

enim corporis totius, non animæ sunt affectiones, ex cap. 4. lib. 1. de Anima, & licet de anima, οὐ ψήσις, sit inscriptio; itemque de anima hic vberimè disseratur; hinc tamen arguere tantum licet, Animam esse primarium obiectum, non totale: itavt quicquid de anima dicitur his libris, in gratiam corporis animati, cuius illa pars est, explicetur. Quamquam parum refert, animamne an corpus animatum statuas horum librorum materiem: ferè enim eodem res recidit: vtrumlibet dicas; Lis est de lana caprina. Exerceant tamen sciuences in controversiis.

Tres sunt libri de Anima. In primo proponit Aristoteles sententias veterum, do-

SYNOPSIS ANALYTICA

natura animæ, eisque refellit. In secundo agit ex proprio sensu, de anima eijsque facultatibus; primò generatim, deinde speciatim de iis quæ pertinent ad vegetativæ; tandem de iis quæ ad sentientem, maxime de sensibus externis. In tertio de sensibus internis: de mente siue intellectu; de motu, & de corpore animalis.

Liber primus de Anima.

Capita habet quinque; partes duas. Prima est præfatio. Secunda exposicio & refutatio veterum de animæ essentia sententiarum.

Ad caput primum.

Scientia omnis præclara, bona, & honesta digna est: Sed ea melior & excellenter, quæ vel exactior est; id est, quæ accuratiore methodo, ac demonstrandi via certiore, vt Mathematica, procedit; vel quæ rerum est præstantiorum, vt Theologia; atqui scientia de anima (quam vocat *animæ*) exactior est multis aliis; & præterea rei est præstantissima, scilicet ipsius animæ, quæ formarum est princeps, & radius diuinitatis: ergo inter primas est numeranda, maxime cùm ad omnem conferat veritatem, id est, ad scientias quaslibet, & potissimum ad Physicam, cùm sit anima principium formale animalium, quæ iuris sunt physici. Dicendum ergo de eius natura & essentia: itēmque iis quæ ipsi accidunt. quorum quædam ei propriè conuenire videntur, vt intelligere; quædam animali per ipsam, vt irasci. sed difficilis est hæc disquisitio. Est enim definiendi ratio, siue ea una sit siue multiplex, obscura. Neque facile est assignare genus animæ, & an sit potètia, an actus; partibilis, necne; an una sit & cōmunitas eius ratio, vt animalis, an singulärum singulæ, vt equi, hominis, Dei: (Dei dixit, exempli gratia, & iuxta sententiam eorū qui Deum animal immortale definiunt:) Animal verò vniuersale & sumptum Platonico sensu, vt idea abstracta, nihil est, vel posterius mentis actione, ex multis singularibus vnum quid cōmune & vniuersale colligentis & abstrahentis. (Ex hoc loco colligunt pleriq; vniuersale fieri opera mentis) Difficile etiam de partibus animæ statuere, id est, de facultatibus. Porro conferunt accidentia ad percipiendum quid res sit. Affactus quidam sine corpore non sunt, vt sentire: quidam proprii animæ, vt intelligere. Quamquam si intelligere est imaginari, aut illud sine hoc esse nequeat, non erit intelligere sine corpore. Quare si actio vel affectus aliquis animæ sit proprius, erit anima à corpore separabilis, & extra ipsum

Scientia de
animali
est
scientia.

Sentire non
est sine cor-
pore; intel-
ligere, con-
tra.

subsistet: si verò proprius non sit, contra. Sed videntur omnes affectus, animæ communes & corporis, vt gaudere, tristitia, dolor, &c. Iram & furorem, timorem, &c. quia his corpus commouetur: & iis afficiuntur alii magis, alii minùs, pro corporis temperamento & dispositione. Suntergo affectus animæ *iram*, *materiales*. Ex quo sequitur debere eos definiti per materiam: atq; adeo Physici esse de anima agere, qui per materiam definit; vt Dialecticus, per formam. Hic enim, definit Iram, *iram*, *timorem*, appetitionem vindictæ: Ille, *timorem*, rapides animi spumas. ebullitionem sanguinis, vel caloris, circa Cor: quāquam Physicus utrāq; spectat. Dialecticus etiam definit per omnes causas, sed frequentius per formam, vt notiorem. De separabilibus ratione non reagit Mathematicus, abstrahendo mente magnitudines & numeros à materia: de separatis autem re ipsa philosophicus id est metaphysicus, qui de Deo & intelligentiis differit à materia reip̄se separatis. Sunt igitur affectus animæ à naturali materia animalium inseparabiles: nequeira & motus à sua materia sic possunt separari, vt linea & superficies. Hæc enim sine materia intelligi possunt, illi non possunt.

Ad Caput secundum.

Proposita veterum placita de animæ natura, vt quæ rectè dicta sunt, accipiuntur; quæ malè, reiulantur. Omnes ergo animam motu vel sensu definierunt. Quia animatum ab inanimato his duobus differt. Hinc Democritus ignem esse animam putauit, ex rotundis atomis motui aptissimis. Pythagorici, virtutem atomorum motricem. Anaxagoras, principium motus. Et hi quidem animati motum respexere. Qui verò cognitionem ac sensum obseruarunt, principia rerum animam esse dixerunt: atque vt de principiis, sic de anima ferre censuerunt. Sic Empedocles & Plato animam ex elementis constare docuerunt, & animam esse elementorum quodvis: quia anima cognoscit: simile autem simili cognoscitur, ignis igne, terra terrâ. Voluit & Plato è numeris animam componi, quos rerum formas esse putauit. Alii veroque, sensu nimirum & motu, eam definierunt, numerum eam esse asserentes seipsum mouentem. Sed & incorporeum quid, alii cādem esse dixerunt. Credidit Thales esse motuum quid: Ideo enim, *magnum*, magnum esse animatum, quid *animatum*: Diogenes, aërem: Heraclitus, exhalationem tenuem, incorporam, perpetuò fluentem: Alcmæon, substantiam immortalem; vt astrum. Hippo, aquam, siue semen: Critias, sanguinem. ubi obiter aduertes animam à nemine dictam esse terram, saltem scorsim, ab aliis elementis, quia terra

Iram & furorem,
timorem,

Physici es-
agere de a-
nimæ.

Non possunt
affectus, a-
nimæ sine
materia in-
telligi.

Animæ ex
motu vel se-
su à veterib.
estimata.

Item ex in-
corporeo, seu
tenui.

Simile co-
gnoscitur si-
mili.

Ferrum
mater.

immobilis est. Omnes ergo animam motu, sensu, & incorporeo definiunt: per incorporeum verò intelligunt corpus tenuē & subtile.

Ad Cap. tertium.

Anima non mouet seipsum, vt dixit Democritus. Quia nihil seipsum mouet: quicquid enim mouetur, ab alio mouetur. Secundò vel per se moueretur; vel per aliud: nō per se: esset enim per se in loco, & mutaret locum, vt corpora: possetq; ipsa corpora relinquere, & ad ea redire; sicque mortua corpora resurgerent. Cū enim constet animam mouere corpus, consentaneum videretur, eo ipsam motu cieri, quo corpus, quod latione moueri notissimum est, & locū mutare. Per aliud ergo siue per accidens non per se mouebitur anima, ratione scilicet corporis, quod per se mouetur; in eo enim mouetur anima, vt nauta in naui. Sed talis motus per aliud non est in rebus, quæ sic moueri dicuntur. Perinde ergo dicit Democritus, atq; Philippus economicus, qui Dedalum ait ligneam Venerē confecisse, quæ motu argenti viui in eam infusi, mouebatur; dum vult animam mouere corpus, eo modo quo ipsa mouetur. Quod & Timæus Platonicus dixisse videtur, animam circulum vocans harmonicū; & eius motiones, cœli lationes: ita vt anima cœlum torqueat in gyrum, quod ipsa sit circulus. Sed malè vocauit animā mundi, de ea enim loquitur, magnitudinem: cū eam velit esse Intelligentem, non Sensitivam aut Cōcupiscentem. Nam intellectus unus est quidē & continuus, vt intellectio, quæ est illius conceptus, sed non vt magnitudo: vacat enim partibus: aut non est, vt magnitudo, continuus: præterea conuersio, vel cœlilio perpetua est: at intellectio, *τηλε παντοχρήν τροχιστής*, eorum quæ sunt, & sub actionem cadunt, finem habet, cū sit alius cuius gratia. Item intellectio Theoretica & contemplativa certis finibus est circumscripta, definitione scilicet & demonstratione, quæ conclusione finitur: & quanquam non esset terminata, nō tamēredit ad principium, vt circulatio; sed recta procedit medium semper extremumque sumens. Ad hēc intellectio quieti similior est, quā motui: non ergo intellectio circulatione definienda. Melius etiam est intellectui non esse cum corpore, vt aiunt multi. Laboriosum enim, ab eo absolvi non posse. Malè ergo intellectus cœlo alligatur circumagendo, vt propriæ actioni. Denique non recte egit Timæus, qui animam corpori se adiungere dixit, ipsumque mouere; non tamen de corpore, vt par erat, quicquam definivit: quale scilicet id esse debeat quod animam est receptum: ac si quævis anima corpus

Nihilma-
nesse.

Fuit De-
dalus Vene-
rem lignear
argentō vis-
uo mobilem

quodvis induere posset, *τὸν δὲ Πυθαγεροῦ μὲν*. Non quod-
sou. Vnumquodq; enim corpus propriam
habet speciem formamque, quæ illo vti-
tur, vt ars propriis instrumentis. Alioqui
Tectonice siue ars fabrilis tibiis & fistulis
æquè bene ac mallo aut ferrā vteretur;
quod est absurdum.

Ad Cap. quartum.

Anima non est *ἀρμονία*, siue contrariorum temperata compositio, propria-
tio-ve, quia anima mouet, harmonia mi-
nimè. Et licet de virtutibus corporis, sani-
tate, pulchritudine, dici possit harmonia;
non tamen de anima eiusque affectibus: &
certè in harmonia duo spectantur; compo-
sitio magnitudinum & proportio earum-
dem. At neutrū de anima vlla dici iure
potest. Non est enim intellectus siue ani-
ma intelligens, compositio talis; nec sen-
tiens. Cuius enim quæso, aut quo pacto? *Anima non
est harmo-*
Neque etiam compositorum proportio, *nia,*
aut mistionis ratio. Cū enim variae sint
mistionis rationes, proportionesque ele-
mentorū, in variis corporis partibus; alia-
que sit ossis, alia carnis, profectò plures *Non sunt
animæ plus
res in uno
corpore.*
etiam essent in vno corpore animæ: quod
falsum. Quanquam verò anima doleat,
confidat, timeat, irascatur, sentiat, ratioci-
netur; non ideo tamen eam moueri pu-
tandum est. Sunt enim hæc ab anima mo-
uente in corpore moto. Horum verò quæ-
dam sunt ex motione locali organorum;
quædam eorum alteratione. Dicere verò
animam irasci, timere, idem est ac dicere
eam texere, ædificare: melius enim est di-
cere hominem, misereri, discere, ratioci-
nari per animam, (actiones siquidem sunt
suppositorum, siue totius per se, non qui-
dem quod in anima sit motus; sed quod in-
terdum ad illam usque, interdum ab illâ
sit. Et recordatio quidem ab illa est ad eas
scilicet motiones, vel quietes, quæ sunt in
sensum organis. *ό δὲ τοῦ εἰναι τὴν ἀνάστασιν, οὐδεὶς
τελιγενής, οὐδὲ φθιτικός.* Intellectus autem adue-
nire videtur substantia quædā existens, neque *Anima in-
tegris, & οὐ φθιτικός.* corruptibili-
corrumperetur enim senectute, *Intellec-*
tus, & oculus, & organa corporis; at non cor-
rumpitur. Nam si senex haberet oculum
iuuenis, videret ut iuuenis. Anima enim
per se non senescit; neque accidit Sen-
ectus, ex eo quod anima quicquam passa-
sit; sed quia id in quo est, scilicet corpus, *Corpus se-*
aliquid passum est, vt in ebrietatibus &
morbis videre est. Intellectio enim & con-
templatio deforescit, alio quodam intus
depercunte, nempe organo corporis mar-
cescente. Sed per se impassibilis est. Hinc
intellectus, siue anima rationalis, forte
quiddam diuinus est, & à passione quali-
bet immunis. Quare non mouebitur nec
ab alio, nec à se: neq; erit numerus seipsum *Anima non
est numerus
seipsum mas-*
hens.

mouens, numerus enim immobilis est; cuius nempe partes, scilicet unitates, sint indiuisibiles. Omne siquidem indiuisibile, immobile est. Sed & à numero (qui in alios diuidi possit,) si numerum tollas, vel unitatem, vt è quinario, binarium; remanebit alius specie numerus, prout ternarius: attali non est anima, quæ eadem specie remanet in plantis dissestis, & ramis amputatis. Quod etiam cernitur in animalibus multis, quæ viuere non desinunt, licet eorum partes quædam sint abscissæ. Neque verò puncta constituunt animam. Alioqui corpora omnia, in quibus insunt puncta, animam haberent: quod falsum. Præterea puncta non separantur à linea: hæc enim non resolutur in puncta seorsim coherentia: constat verò, vel ipso Xenocrate Platonico consentiente, animas separari à corporibus, *χωρὶς τὰς φύσας τοῦ θεραπευτικοῦ σώματος*. Non constat igitur punctis anima.

*Nee costas
punctis.*

Ad Caput quintum.

*Non est
animacor-
pus tenuis.*

*Non con-
stat ele-
mentis.*

*Nihil à si-
militati-
bus,*

Anima non est quid incorporeum, eo modo quo illi dicunt, incorporeum protenui ac subtili corpore sumentes. Cùm enim anima sit in toto corpore, si anima esset corpus, duo corpora essent simul, quod fieri nequit.

Sed neque constare debet anima elementis, vt per ea, res omnes cognoscatur: (quæ est opinio Empedoclis, simile dicentis, simili cognosci:) sunt enim multa alia ab elementis diuersa, quæ cognoscit anima, vel potest cognoscere; vt Deus, homo, os, caro: quæ vel non sunt elementa; vel ex iis non constant; neque, licet iis conuent, ratione stamen & compositiones habent peculiares ab elementis diuersas: quæ ideo ut cognoscerentur, deberent esse in anima. Vnde os, homo, Deus, lapis, & omnia essent in anima, quod absurdum. Secundò, si anima constaret iis quæ cognoscit, aut ex eorum elementis ac principiis, vel ea omnibus simul categoriis constaret, vel ex eorum principiis; vel ex solius substantiæ principiis: Non ex omnibus; sic enim non esset unius generis: videtur autem esse substantia: Non ex omnium principiis: sunt enim diuersa diuersarum categoriarum principia; & alia substantiæ, vt materia & forma; alia quantitatis, vt punctum magnitudinis, unitas numeri: pat ergo priori incommodum accideret: Non ex principiis solius substantiæ: sic enim solas substantias cognosceret, non accidentia; si verum est simile similibus cognosci. Tertiò, Sentire, intelligere, cognoscere, est quoddam pati & moueri. Sed nihil pati potest à simili. Actio enim quam semper passio comitatur, est

inter dissimilia, ergo simile non sentiet simile. Quartò, si simile simili cognoscitur, deberet ignis igne, terra terra cognosci: at partes animalium terreæ; vt ossa, nerui, pili, nihil sentiunt, nedum terram. Hic aduerte loqui Aristotelem de nerais perse, & solis, omniisque spiritu destitutis: sic enim non sentiunt. Alioqui errasse: in neruis enim maximè vis sensitiva inest, vt Medicinæ principes egregie demonstrant. Quintò, Deus esset *ἀρχὴν*, insipientissimus. Cùm enim constet, vt vult Empedocles, quatuor elementis & amicitia, siue sola concordia; profectò solus unum elementum, scilicet discordiam, non cognosceret; cùm tamen eam animalia & mortalia omnia cognoscant; vt pote ex ea composita. Sextò, Elementa sunt materia, cuius est contineri & regi; anima verò est continens, rectrix, domina præsertim Mens, omnium antiquissima, & per naturam omnium rerum dominia. Non est ergo anima elementum aut ex elementis. Porro veteres non accuratè nec copiosè satis de anima differuerunt. Qui enim motu eam definierunt, non videntur satisfecisse. Quia quædam animam habent, viuunt, sentiunt, cùm tamen non moueantur, vt *ζῷα*, plantanimalia, spigiz, ostreæ, *λαγός*, mituli, conchylia; quæ licet in conchis suis locisve quibus adhærent, extendantur ad cibum sumendum, & contrahantur; de loco tamen ad locum tota non transeunt. Qui verò sensu animam constituerunt, minus satisfecerunt: stirpes enim animam habent sine sensu: & qui ratiocinatione & dianæ, omnium minimè. Quia *τὸν τομὴν διέρχεται*. Animalia multa, ratiocinationem non habent. Vbi obserua sensui opponi Dianæ, & per hanc significari actionem intellectus. Sed & Orpheus incusandus, qui animam aërem inspiratum, à ventis duectum esse dixit. Non enim omnia animam habentia respirant. Sed nec adhuc appositè dixerunt, qui animam ex elementis compount, eam constare omnibus. Sufficiebat enim altera pars contrarietatis, prout frigidum vel calidum, non utrumque: quia contrarium unum & se manifestat, & alterum oppositum. Recto enim & ipsum rectum & obliquum cognoscimus. Regula enim iudex utriusque, *κείτης αὐθοῦ ἡ κατατ.* at obliquum *πρὸς καμποὺς*, nec sui, nec recti regula est. Dixerunt verò quidam animam esse toti mundo permistam. Hinc Thales voluit omnia Diis esse plena. Sed hoc falsum. Cur enim nō omnia mixta, facit animalia, si vbi que est? Imò & cur elementa ipsa non sunt animalia? Nam si anima una & eadem est, eodem modo officiet constituetque corpora, in eadem specie; & melius perfectiusque meliora: si verò diuersa, certè melior erit anima clementiorum; tum quia meliorum

*Elementa
carent an-
mæ.*

est corporum, ut aiunt aduersarii, tum quia est immortalior & durabilior anima quæ in animalibus est. At hæc falsa. Neque enim ignis & aër animalia sunt appellanda; cùm in eis nulla sensus operatio effulgeat: & cōtrà, ea non vocare animalia, si in eis anima est sentiens, absurdum. Dicendū ergo potius nullam in iis animam esse. Sed instant: Totum & partes sunt eiusdem speciei in homogeneis, ut sunt elemēta: at partes elementorum sunt animatae, ut mixta animatae. Respondeo: Partes elementorum non esse animatas in mixtis animatis, ut sunt res elemētares, quod probari debet, sed ut ab anima mixti informantur. Quod si ex eo, quod in animalibus contentæ elementorum partes sunt animatae, concludant, tota elemēta esse etiam animata; quia eadem est natura totius & partium. Pari iure cōfici potest, retorquendo argumētum, eiusdem speciei animam in toto & partibus, id est, in animalibus, & toto elemento esse: maximè si ab illa elementi totius parte, quæ in singulis suscipitur, hauriunt anima animalia. Quod si concedant, cur elementorum vniuersitates non vocamus animalia, ut mixta? cùm sit eadem in omnibus anima. Sic enim profectò deberent omnes viuentium animæ, quæ alioqui diuersissimæ sunt; in elementis reperiri; essetque anima homoiomeres similium partium, ut elementa, id est, eiusdem speciei ubique. Quod metas rationis egreditur. Vel certè, quod verum est, confitendum erit, animam non esse per totum mundum diffusam.

*Animæ nō
est diffusa
per totum
mundum.*

Cùm verò diuersa sint animæ munia & actiones, ut cognoscere, opinari, sentire, velle, cupere, loco moueri, crescere: Suntne diuersæ etiam animæ partes; an verò una tota anima, à qua hæc omnia sint? Dicunt Platonici animam partibilem esse; & una parte, quæ in capite est, ut in arce, intelligere; altera, quæ in corde, irasci; tertia, quæ in iecore, concupiscere. Sed malè. Si enim plures sunt animæ partes in corpore; oportebit eas vñiri & contineri, ut fiat vnum: at non possunt contineri à corpore, quod ipsum contineri debet: ergo ab anima una: qua abeunte ideo corpus putreficit. Præterea nullam corporis partem continent mens: nempe quia corporeæ non est, nec organica, sed immaterialis & immortalis. Sed & plantarum & insectorum animalium partes vnitatem animæ indicant, quæ diuisæ eamdem aliquo tempore retinent animam, quæ coniunctæ habebant. Principiū verò plantarum anima est, vegetatrix scilicet, quam sola communem habent animalia & plante: & hæc quidem à sentiente separatur, non sentiens ab illa: quicquid enim sensum habet, animæ etiam vegetativæ est particeps. Hæc habentur libro primo.

Tom. II.

Liber Secundus de Anima.

Constat capitibus duodecima, in partes quatuor redactis. I. Est de animæ es-
sencia & definitione. II. De communi di-
visione facultatum animæ. III. De facul-
tibus animæ vegetativis. IV. De facul-
tibus animæ sentientis, ac præsertim de
Sensibus externis, eorumque obiectis.

Ad Caput primum.

*Substantia
Physica
triplex,
materia;
forma, cū-
positum.*

*Actus
primus.*

Secundus.

Vita quid.

n. 40.

*Radices ori-
similes.*

Etis genus vnum est substantia. Hæc, vel materia; quæ non est per se hoc ali-
quid, id est, res definita certo essentiæ gra-
du: vel forma, per quam est hoc aliquid,
certæ scilicet ac definitæ essentiæ; vel com-
positum ex his. Et materia quidem poten-
tia est; forma autem, actus, perfectio, ὄντεχαι. Actus duplex. Primus, qui est principium
operandi, ut scientia, quæ est principium
contemplandi certò, clarè, per causam. Se-
cundus, qui est ipsa operatio, ut contem-
plari actualiter. Sunt verò corpora maximè
substantiæ, & magis quam materia & for-
ma, quæ sunt illorum partes; quia scilicet
materia & forma subsistunt per corpora ex
iis cōposita. Partes enim non existunt seor-
sim à toto compagno: & inter corpora,
quæ vel naturalia sunt, vel arte facta, ea quæ
naturalia sunt, magis corpora sunt; quippe
quæ sint aliorum, id est, arte factorum,
principia: ut enim natura Deum, sic Ars
naturam ut fundamētum supponit: & cor-
pora quidem Physica, vel vitam habent: vel
non. Vita autem nutritio est, accretio, de-
cretio, ab eo quod vivit. Quare corpus
Physicum omne & viens substantia est,
eaque compagno. Quod si tale est corpus
vitamque habeat, non est id anima: cū cor-
pus non sit in subiecto, sed ipsum potius
subiectum & materia. Est igitur Anima,
ἀνάγκη τούτην οὐκαντος φυσικόν, ζωὴν ἔχοντος θυμόν,
ποὺν δὲ ἡ ἀρχὴ ὀργανική, actus primus corporis na-
turalis vitam habentis potestate, quod quidem
corpus tale sit, ut ipsum sit instrumentale, id est,
ut eo, eiusque partibus vñatur anima, tan-
quam organis sive instrumentis, ad actio-
nes vitæ obeundas. vtitur enim anima ocul-
lo: v. g. ad videndum, aure ad audiendū:
ideoque oculus & auris organa sunt
animæ & partes corporis, quod dici potest
totale animæ instrumentum: & licet par-
tium organicarum distinctio clarius elu-
ceat in animalibus; sunt tamen etiam in
plantis, quamvis obscurius, conspicuæ.
Radices enim quibus trahunt alimentum,
respondent ori. Sunt etiam folia, fru-
ctus; aliæque partes officiis distinctæ, quæ
ideo organicæ sunt. Pars enim organica

Quid corporis organum est.

Quid potentia viuens.

Intellectus non est organicus.

est, quæ ad certum usum, officium, actionem, esse est de natura: unde quia animæ actiones & officia sunt plura & diversa, necessaria est: fuere organa plura & diversa. Corpus ergo organicum est, quod partibus constat certa ratione temperatis & conformatis ad animæ usus varios & officia vitæ. Ut vero ex cera & figura ceræ impressa sit unum; sic ex corpore & anima. Atque ut se habet visus ad oculum; sic anima ad corpus. Unde ut visu deficiere, non manet oculus nisi ex quo; sic animal tollitur, anima sublata. Non est ergo anima actus eius, quod non est potentia viuens. potentia autem viuens, non est id quod abiecit animam ut cadaver, sed quod eam habet actu. Unde nec anima, seminis actus est, quia actu animam non habet semen, licet possit habere. Hinc patet, animam non esse separabilem à corpore, cum sit actus corporis, eiusque perfectio & forma: saltem secundum partes aliquas, si ea partibilis est. Clarum enim est, partium animæ quasdam, ut facultates sensitivæ, esse actus partium aliquarum corporis, putat, usum oculi; sed nihil prohibet quasdam partium animæ esse separabiles à corpore, ut intellectum; quia nullius corporis sunt actus. Sed nondum constat anima sit corporis actus, sicut nauta nauis: id est, an anima intelligens, licet sit forma corporis, ipsumque moueat, & actuet; possit tamen scorsim & sine corpore subsistere, atque ab eo separari, ut nauta à nau, quam licet moueat regatque, ab ea tamen separari potest. Hoc enim sensu & modo analogia est inter animam rationalem & nautam; non tamen quod, ut nauta dicitur assistens forma nauis; sic anima corporis. Quod perperam & præter Aristotelis institutum non nulli coniiciunt.

Ad Caput secundum.

EX actionibus animæ & rebus animatis quæ per se & natura obscuriores sunt, quoad nos vero manifestiores, ipsius animæ natura peruestiganda est. Sic enim à facilitibus, licet incertioribus, progressus fieri ad difficilia & certiora. Quare præter definitionem animæ suprà allatam, quæ formalis est, atque etiam materialis; alteram, quæ à causa efficiente scilicet, petatur, statuere hic oportet: ut per hanc illa demonstretur, atque ex actionibus animæ declaratis, earum principium & causa comprehendatur. Quod ut fiat, supponendum tanquam certum, animatum ab inanimi, differre vita. Vita autem est unum horum; Intellectus, Sensus, Motus, Quiessve localis, Nutritio, Accretio, Decretio. Hinc viuunt plantæ, quia crescunt & nutriuntur: & quādiu nutriuntur, tandem viuunt: & vis quidē hæc vegetatrix, nutriendi scilicet & cres-

cendi, ab aliis, ut sensu, motu, intellectu, separari potest, ut constat in plantis; aliae autem ab illa, nunquam. Viuere ergo cuius conuenit, per hoc vegetati principium. At animal constituitur in suo esse, per sensum primò, non per motum: ut liquet ex Zophytis & Cœchyliis, quæ animalia sunt, nec tamen mouentur. Sensuum autem primus, tactus est; qui, ut nō p. m. vegetativum à sensu, ab aliis sensibus separari potest: animalia enim multa usum non habent, nec auditum, nec olfactum, quæ tamen tactum, sub quo gustus continetur, habent. Animæ ergo principium est vegetandi, sentiendi, intelligendi, loco mouendi. Sed scitu dignum, an horum quodque, ut principium vegetati, sensitivum, anima sit, an eius pars siue facultas? Et si facultas est, an sola ratione separabilis sit; an re, loco, & subiecto? Certè in plantis & insectis, (iis scilicet animalculis, quæ fere per quasdam sectiones & incisuras distincta sunt, ut sunt erucæ, vermiculi, lacertæ,) anima toto corpore diffusa, est actu una in unoquoque; sed potentia, plures: quia viuunt diuisa, & utraque pars, s. t. s. sentit & mouetur: atq; adeo imaginatur & appetit. Vbi enim sensus, ibi dolor & voluptas ex sensibili percepta, moderato vel immoderato; at vbi voluptas, ibi cupiditas; ergo anima sentiēs. At aliud iudicium est de intellectu, siue anima intelligenti, quæ est animæ genus ab aliis diuersum. καὶ τὸ μέγιστον τὸ τῆς χρείας, Solus intellectus est separabilis, & immortalis. quod scilicet solū contingit separari à corpore, ut immortale à corruptibili. Sint igitur aliæ animæ inseparabiles. Different autem ratione & formaliter omnes praedictæ facultates: alia enim est ratio sensitivi, alia opinandi, alia nutriendi. Quod si sint diuersæ actiones, erunt & diuersa principia. Cum vero duabus modis dicatur id quo viuimus vel sentimus; Uno, secundum principium, & actum absolute primum: Altero, secundum vim, facultatem, actum ve secundarium: (sic enim scire dicimur, duobus etiam modis; vel per animam, ut per principium absolute primum, nam anima primum est scientiæ & cognitionis cuiuslibet principium, qua sublata omnis etiam tollitur intelligentiaratio; vel per ipsam scientiam, ut per principium secundarium, id est, non absolute primum.) Anima est id quo primo viuimus, sentimus & intelligimus. Ut forma & ratio actus ve suscipientis, non ut materies aut subiectum. Est enim anima corporis actus, non cuiuslibet, sed organici, ac prædispositi: actus enim actiuarum in paciente est prædispositio: Ut scientia in anima disciplinæ capaci: omnisque actus & forma propriam requirit materiam. Non est igitur anima corpus, sed eius ἀπλεχαι,

Omnis for-
ma pro-
priam re-
quisit ma-
teriam.

1. Tertius.

perfectio (Hermolaus Barbarus vertit ap-
positè, licet non Latinè, perfectihabiam,
quasi ἀναλογία, sit ἡ τεκμηρίωσις, habitio, ade-
ptio perfectionis: cùm enim & quādiu cor-
pōs animam possidet, viuit: tandiueque
consistit & perfectum est: at simulatque
eam perdidit, putret & dissoluitur. Non est
verò audiendus M. Tullius, qui ἀναλογία,
vertit, motionem continuatam & peren-
nem. Non enim vult Aristoteles, animam
esse motionem; quæ est actus secundus:
sed principium potius motus, actumque
(absolutè primum) vnde non est sine cor-
pore, sed ab eo omnis dependet, quoad of-
ficiū informandi, & existendi statum na-
turalem.

Ad Caput tertium.

ANIMÆ facultates quinque: οὐδὲν πάτερ, ὁρέαται, μηδέποτε καὶ τοῦτο, καὶ σύγχρο-
νον. Vis nutriendi, sentiendi, appetendi, mo-
tuendi loco, intelligendi. Et in plantis quidem
sola vis nutriendi (cum comitibus Accre-
tione & Generatione) inest; in aliis, etiam
vis sentiendi. Vbi autem hæc est, ibi & ap-
petitus inest cupiditas, ira, voluntas. nam v-
bita tactus, ibi dolor & voluptas, quæ ad ap-
petitionem pertinent: at vbita tactus, ibi sen-
sus. Sed & quæ sentiunt, alimenti sensum,
nempe tactum, habent: alimenta enim sunt
sicca, humida, calida, frigida quorum sen-
sus est tactus: vnde tactilibus per se nutriū-
tur omnia viuentia; aliis verò sensibiliibus,
vt coloribus, sonis, odoribus, per accidens.
Sapor autem ad tactile pertinet: mīa, famēs,
est appetitio calidi siccī: sīta, sitis, humili
frigidī. Quibusdam verò viuentibus, præ-
ter nutritionem & sensum, (de imagina-
tione enim postea) inest vis loco motuā, vt
perfectis animalibus, equis, leonibus; aliis
denique nempe perfectissimis, vt sunt ho-
mines, & si quid præstabilis est, (vt sunt
Genii, & dæmones, ex doctrina Platonis.)
etiam intellectuum. Vna igitur est animæ
ratio & definitio, singulis animæ speciebus
communis, & nullius propria. Estque ani-
ma figuræ similis, cuius ratio communis
omnibus figuris est, & nullius propria. At-
que vt præter particulares figuræ, circula-
rem, triangularem, quadrangularem &
cæteras, nulla est ab his separata: ita præ-
ter animas dictas, plantarum scilicet, ani-
mantium, hominum, nulla prorsus existit.

Tactilibus
per sensu-
triuntur
viuentia.

Fames, &
sitis quide-

Anima fi-
gure simili-

Posterior
anima con-
tinetur pri-
ori.

motus, sensus, nutritio. Eadem in cæteris
ratio: præstantior enim anima & posterior
continet eminenter, ac modo excellentiore,
virtutes ignobiliorum. Cæterum ima-
ginatione carent & perfecta scilicet & ex-
quisita, qualē habent ea quæ cerebrum
habent rite conformatum & aptè disposi-
tum) quædam animalia, quæ ideo vilia
sunt & notæ deterioris, vt insecta; quædam
verò, easola viuunt: vt elephanti, canes, e-
qui, & perfectiores animantes; quæ ideo
phantasia viuere dicuntur, quod per eam
tanquam per facultatum, quibus præditæ
sunt, præstantissimam & omnium princi-
pem, regantur: vnumquodque enim per
id viuere dicitur quod in eo est perfectissi-
mum: Solā autem, quia in animantibus
non est ratio, qua possit earum vita gu-
bernari, sed sola imaginatio. Ut enim ho-
mines ratio regit, sic imaginatio animan-
tes. Sic dixit Aristoteles 1. Metaph. c.
1. cætera animalia τὰς φαντασίας έχουν, καὶ μη-
ματεῖ, ή δὲ τὰς αἰσθήσεις έχουν, καὶ τὴν καὶ λογικαῖς,
imaginationibus viuete & memoriis; hu-
manum verò genus arte & ratiocinationi-
bus.

VT de singulis facultatibus dicatur, *Facultates
definiuntur
per actiones, & ob-
iecta.*
prius dicendum de earum actionibus:
quia hæc priorēs sunt, καὶ λόγοι, ratione,
id est, cognitione & definitione, vt & ob-
iecta, actionibus. Vnde etiam de obiectis
primò agendum: quia actiones definiuntur
per obiecta & ab ipsis speciem sumunt, vt
facultates ab actionibus. Quare si de sen-
tiuio sermo est, primò de sensibili, quod
est obiectum sensitui, dicendum erit.
Secundò, de actione sentiendi. Tertiò,
de facultate ipsa. At nunc sermo est de
nutritiō, siue de anima vegetante, om-
nium prima, & cuius prima actio est nu-
tritio. Ergo de nutritionis obiecto, scilicet
alimento, dicendum. Quanquam ge-
neratio prima dici potest ordine dignita-
tis. Per hanc enim vt maximè naturalem
viuentia ἔντεκται, καὶ μᾶλισται, ἐν τῷ θεοῦ
αντινομίᾳ, perfecta, non mutata, aut
sponte, id est, à putredine genita, sibi si-
mile procreant; hocque modo condi-
tionem diuinam induunt & immortalitatem
consequuntur, si non in individuo,
salem in specie, idque intermedio semi-
ne. Est verò Anima corporis viuentis causa
& principium, tribus titulis. Primò, vt *Anima est
causa formalis siue forma substantialis,*
quia dat esse corpori viuenti, id est, viue
re; hoc enim est viuentis esse. Secundò, *causa tri-
plici tituli;*
vt finis; quia corpus est animæ gratia, vt
illius instrumentum. Duplex autem finis.
Primus, cuius gratia, siue quod tendit actio,

Tom. II.

3 iiiij

SYNOPSIS ANALYTICA

vt immortalitas respectu generationis. Secundus, cui, id est, in cuius bonum prior finis comparatur; vt viuentia, quibus generationis beneficio, immortalitatis quedam species comparatur. Tertius, vt causa efficiens respectu operationum vitalium, nunc tritionis, alterationis, (est enim sensus quedam alteratio,) motus localis, actionis. Non enim ignis causa est nutritio, & accretionis; cum eius vis & actio in infinitum abeat: & quamdiu ei pabulum suscepit, tanti agat: sed anima, quae in certo magnitudinis gradu & fine consistit; adiuta tamen igne, siue calore, vt instrumento a se directo. Alimentum contrarium viuenti nutritio esse debet, ita tamen ut ex eo non modo generari possit contrarium, sed & idem possit incrementum suscipere. Fiunt enim contraria pleraque ex se inuicem, sed unum altero non accrescit, ut aegrotum & sanum. Sed & alimentum a contrario nutritio viuente assumi & mutari in suam substantiam debet, non contra. Sic aqua nutritre videtur ignem, quanquam improprie. Cui consonum est illud magni Hippocratis, libro de natura pueri: *τὸν θερμὸν τῷ ψυχικῷ τῇ ἐπιτηματικῷ.* Omne calidum moderato frigido nutritur. Sed ignis non nutrit aquam. Verum alimentum initio quidem, id est, cum adhuc crudum est & indigestum, contrarium est nutritio. Debet enim nutritum in illud agere, & ipsum permutare. Actio autem inter contraria est, nec simile a simili patitur: in fine autem, simile. Cum enim coctum est, assimilatur viuenti, eiusque naturam induit. Sic aiunt, simile simili, vt crescere, ita & nutriti. Est tamen diuersa alimentiratio, vt nutrit, & vt auget. Nutrit enim ut substantia est; auget, vt quantum. Sed & generationis est effectivum, non rei quae alitur, & est, nihil enim se generat, sed conservat. Verum rei similis. Vis ergo nutritus est qua viuens utale, se conservat. Ad nutritionem vero tria concurrunt: quod nutrit, nempe anima ut princeps causa: quod nutritur, nempe corpus: quo nutritur, nempe alimentum. Est enim materia & instrumentum nutritio. Cum vero a fine res oporteat denominare, & finis animae vegetativis sit generare simile: recte definitur, *Principium generandi tale, quale est id quod ipsam habet.* Sed ut nauta, manu & clavo nauem mouet & regit: Sic Anima nutritionis officium obicit, calore & alimento: ita ut calor moueat & moueat, ut manus nautae; moueat qui- dem ab anima; moueat alimentum, illud concoquendo: *ὑπάλειψας τὸν πίστην τὸ θερμόν.* Alimentum vero moueat tantum, ut clavis, *τὸ μεταλλιόν.* Unde legendum in textrum passiuem, *κυριού πόρον μέσον,* & id referendum est ad alimentum, quod solum est motum, non

ad calorem, qui manifeste mouetur ab anima, ut manus ab anima nautae, & mouet alimentum. Deinde igitur *τὸ κυριόν,* quod cum sequenti vocula *μέσον,* ad neutrum referrit: potest: cum nec calor solum moueat, nec alimentum. Sic, meo iudicio, sese quisque a multis difficultatibus, & interpretum dissidiis facile explicabit.

Ad Caput quintum.

De sensu primò vniuersim dicendum. Deinde sigillatim de unoquoque. Fit sensus cum mouetur ipsum sentiens & patitur. Est enim sensus, alteratio, id est, mutation in organo sensus facta, ab obiecto sensibili. Non sentit se sensus, nec organum suum, nec quicquam eorum quae sunt intus: quia ut sensus in actu prorumpat, debet moueri ab eo quod est actu, nempe ab obiecto sensibili, quod est extra sensum. Sensus enim se mouere & extitare non potest, cum sit potentia passiva, ut neque combustibile, seipsum vovere. Sentire vero vel potentia dicitur, ut cum dormiens videre dicitur, quia potest videre: vel actu, ut, cum quis apertis oculis videt. Cum ergo sensus dicitur alteratio, id de sensu in actu accipiendum. Patitur sentiens a dissimili, initio, sed cum passum est, fit simile; recepto scilicet obiecto, vel eius specie. In potentia quidpiam est, vel remota, ut cum dicitur homo sciens, non quod scientias sibi studio comparauerit, sed quia ex naturae sua conditione capax est scientiae: vel proxima, ut cum dicitur sciens, quod scientiam studio acquisierit. Discriben est, quod qui remota potentia tantum sciens est, debeat habitum scientiae comparare, & prius contrarios errores deponere, quam ad actu scientiarum perueniat; qui vero proxima, minime. Potest enim cum voluerit, actu vacare contemplationi, nisi morbus auocet, aliud ve impedimentum. Proprie ergo sciens est, qui actu contemplatur. Pati autem & alterari duobus fit modis. I. a contrario corruptente: estque alteratio propriæ dicta, & corruptiua. II. a perficiente: estque *σωτεία μᾶλις τὸ διωξίσιον,* salus, conservatio cuius quod est potentia, ab eo quod est actu: & haec passio perfectiua est, non vera alteratio, nisi cum adiecto, perfectiua: Quo modo sciens alterari dicitur, alteracione scilicet perfectiua. Sentiens ergo potentia duobus pariter modis dicitur: Primo, remota, ut semen ex quo fieri animal potest. Secundò, proxima; ut ipsum animal sensu praeditum. Sentiens itaque priore modo in actu deducitur a generante: Posteriore, ab obiecto sensibili. Sentire vero actu, simile est con-

Emendatio
Grecis con-
texius.

sensus se
non sentit.

Potentia
vel remo-
ta, vel pro-
xima.

Alteratio
corruptiua
& perfe-
ctiua.

temptationi seu actui scientiæ. Sed quæ actu sensum mouent (externum supple) sunt obiecta externa, actu existentia & præsentia, siue sensibilia singularia: at quæ ad mentem & scientiam spectant, sunt uniuersalia & intelligibilia: quæ cùm quodammodo sint in anima, ea, cùm liber, intelligere quis potest: supple, si ea iam antè percepit, ac didicerit. Sentire verò non sic: quia ad hoc præsentia obiecti sensibilis planè est necessaria. Atque ut sensuum extenorū functiones præsentiam exigunt singularium sensibilium: sic & scientiæ sensibilium, (id est, artes mechanicæ, quæ circa singularia sensibilia occupantur, ut fabrilis, ut lignaria,) suorum obiectorum actualem præsentiam requirunt, ut operentur.

Ad Caput sextum.

Sensibile trifariam dicitur. Per se proprium, quod ab unico sensu percipitur sine errore, ut color respectu visus; sapor, gustus. Per se commune, quod nullius proprium est, sed ab omnibus percipitur, ut motus, quies, numerus, figura, magnitudo. Per accidens, quod ut tale non afficit sensum, ut si album sit Diaris filius: album quidem per se sentiet visus, per accidens verò filium Diaris: esse enim filium, est relatio. Relatio autem per se non sentitur.

Ad Caput septimum. De visu & visibili.

AEstimantur sensus vel necessitate, vel excellentia. Priore modo, Tactus primus est, quia omnium maximè necessarius. Omne enim Animal tactu constituitur, sub quo gustus continetur, ad vitam necessarius: posteriore, visus. Qui cùm sit *μάνιστας*, ex c. 3 l. 3 de an. meritò aliorum princeps habetur; tum ratione organi, quod omnium pulcherrimum est & elaboratissimum. Nihil enim oculi fabrica mirabilis: Tum ratione obiecti uniuersalissimi & amplissimi, colorum scilicet, & luminis: lumen verò qualitas est cœlestis & diuina, vitam à morte sui usura distinguens: Tum denique ratione modi agendi perfissimi & quam celerrimi. Fit enim visio ad maximam distantiam in nictu oculi; imò in instanti: neque sensus ullus tam multas rerum manifestat differentias, ac visus: qui ideo aliis carior est, ex 1. cap. 1. Metaphys. De visu ergo primò agendum. Cuius obiectum est, *ορατόν*, visibile. Hoc autem *χρώμα*, color; *φωτύνει*, & quid nomine carens, id est splendor eorum quæ noctu videntur, & in tenebris, ut squamæ pisium, vermiculi quidam, & eorum etiam quæ in lumine, ut ignis. Color autem est,

motuum perspicui actu. Ideo color sine lumine non videtur, quia nullum corpus est actu perspicuum, sine lumine. Perspicuum verò, *νηφασίκι*, est quod non perse, sed per alienum colorem siue lumen est visibile, ut aer, aqua, vitrum. At lumen, *φῶς*, est actus perspicui ut perspicuum est, *φῶς*. & quasi eius color. Potentia perspicuum est, in quo vicissim lumen est, & tenebrae, *τένερα*: ut aer, aqua. Lumen non est corpus: quia cùm in perspicuo corpore sit lumen, duo corpora essent simul, quod fieri non potest. Quædam visibilia in lumine non videntur, sed in tenebris, *τα νονταντά*, *τα οφθαλμοί*. Fungus, cornu, capita pisium, squamæ, oculari. Color super visum positus non sentitur; eger enim medio, coque illustrato, ut videatur. Ideo in vacuo non fieret visio; tantum abest ut per aeris vacuitatem videatur formica in celo, ut ridiculè Democritus. Videntur ignis in tenebris, & lumine. Color, sonus, odor, non afficiunt immediatè organa; sed medium primò, deinde organa. Idem de tactu & gustu sentiendum: licet res sit obscurior. Medium ergo necessarium est ad actionem sensus, nempe aer, aqua.

Ad Caput octavum. De Auditu & sono.

Dicendum *αιδοφού καὶ ακοῆς*, de Sono & Auditu. Sonus alias actu: alias potentia. Fit sonus actu, (directus scilicet, de reflexo enim postea,) ex ictu & collisione duorum corporum, in medio; corporum, inquam, durorum, leuium, cauorum, ut sunt molæ & tintinnabula: in medio, quod est aer & aqua. Sed debet aer citò vehemehterque percuti, antequam diffluat aut dissipetur; alioqui non fiet sonus. *χρώμα*, siue sonus reflexus, dum sonus ex sono resilit, id est, cùm aer factus unus, & coactus, siue impatus in vas, vel locum quemdam ipsius diffusionem & progressum impedientem, reflectitur, ut pila à pariete repulsa: & reflexio quidem soni fit semper, licet non semper percipiatur; ut & luminis. Semper enim reflectitur, *μάκχατας*, lumen; alioqui tenebrae essent in iis omnibus locis, quæ non essent directè Soli corpori lucido opposita, quod falsum. Sonum facit id quod aerem mouet & agitat continuè unum ad auditum usque; in quo quidem auditu aer est *αερός*, insitus, connaturalis, animatus, immobilis: Qui quidem internus aer ab externo motus, auctoritatem præstat. est enim aer ille qui auribus conclusus est, audiendi organum.

Vnde surditas. Hinc audimus in aqua, quia aërem illum innatum aqua non subit, *σύνταξις*, propter aurum anfractus. Quod si aures subeat aqua, non audimus; ut neque dum læsa est membrana aërem innatum continens: que si à prima conformatio[n]e crassior est & d[omi]n[us]ior, causa est insanabilis surditatis. Dicitur hæc membrana vulgo tympanum, est que tenuis, densa, sicca, pellucida, & sensus exquisiti. Tenuis quidem (obiter dico) ut externum aërem & sonos facile excipiatur: Densa, ut externis resistat iniuriis: Sicca, ut melius resonet. quod enim sicciissimum est, maximè resonat, ut ait Hippocrates lib. *αρχῶν*. Ut ergo non videamus, dum læsa est tunica *ἀρχαιδίς*, pupillatanea, vel lam tegens, & crystallinum humorem inuoluens, qui visus est organum; aut etiam tunica cornea, *ἀρχαιδίς*: sic non audimus læso insigniter tympano, aërem innatum, qui organum est auditus, complectente. Sonat utrumque corpus verberas & veteratum. non sonat acus acum færiens, quia sonans debet esse latum & plenum, ut aëris resiliat, totusque concuriat. Sonus aliud acutus, aliud grauis. Ille celeriter & maximè auditum mouet; hic tardè & parum. Species quædam soni est vox *φωνή*, sed omnis est ab animali propriè, & non quoais, sed sanguineo, & respirante. Pisces ergo vocem non edunt, sonitent licet branchiis Acheloi pisces, quia non respirant; nec ducunt aërem, sine quo non fit sonus. Ut vero lingua officium duplex, gustare, ad vitæ necessitatem: loqui, ad commoditatem. Sic & aeris respiratione attracti, temperare calorem internum, quod munus est necessitatis: voci præstare materiam, quod est utilitatis. Organum autem vocis *φάρυγξ καὶ πλούτης*, fauces & pulmo. In hac enim parte & præcordiis plus est calor. Vox ergo est ictus aeris respiratione attracti, & ad gurgulionem siue vocalem arteriam allisi ab anima in pulmonibus existente, cum quadam imaginatione, vel intentione significandi. Edidi libellum de voce contra quosdam Medicos, qui Philosophiae rudes, nec satis in Hippocratis & Galeni sapientia versati, vocem vitæ indicem esse negabant.

Hæc.*Ad Caput nonum. De Odoratu.***Odoratus hominum bebes.**

Dicere *αἰσθητὴ ὁρεῖα*, de odoratu, & odorabili, non est adeo facile, ac de visu & auditu: quia odorandi sensus in nobis est hebetior. nec melius olfacti sunt homines, quam videt animalia *εκκλησία*, duras oculos habentia: hæc enim non percipiunt colores, nisi cum terrore aut confidentia, id est, nisi colores adeo ea afficiant, ut visus timeant aut lætentur. Quod non

præstant ipsa obiecta, nisi in gradu excellentiæ. Ut ergo animalia isthæc non percipiunt colores nisi excellentiores, ob organi defectum: Sic homines non percipiunt odores, nisi cum dolore & voluptate: Id est, nisi sint adeo fortes, ut vel voluptatem excirent summa dulcedine & fragran[t]ia, vel dolorem siue molestiam inferant sua graueolentia. Quod contingit vitioorganorum olfactorii in nobis tardioris. Odoratus ergo ex gustu, qui notior est, cognoscendus, & odores ex saporibus. est enim certior in nobis gustus, quia est tactus quidam. Tactus autem in nobis est acerrimus, quo omnia vincimus animalia, & ab his in cæteris sensibus longè superamur. Et quia tactu vigeret præcellitque homo, ideo prudenterissimum est animalium. Tactu enim ingenii bonitas vel hebetudo iudicatur. Nam homines *εκκλησία*, carne dura, *ἀρνεῖται τὸ φέρειν*, hebetes sunt, & mente inepti; *μαλακοπόνοι*, *θραύσται*; qui vero molli, ingeniosi & benenati. Porro à bonitate tactus, ingenii præstantia colligitur; quia bonitas tactus, qui in primis qualitatibus consistit, bonitatem temperamenti indicat: Temperamenti autem bonitas concurrit ad ingenii præstantiam, saltem materialiter & dispositiue. Docuit enim Galenus, mores animi sequi temperamentum corporis. Sed ubi dicitur *αἱ μέτρα* carnis mollicitas boni ingenii index, aërea intelligenda est, quæ à puro & laudabili sanguine, eoque subtiliore existit; non aquæ aut phlegmatiea, qualis est mulierum & hominum pituitosorum. Ergo ut sapor, sic *οὐκετικός* odor alius dulcis, alius amarus, acer, aceribus, acutus, pinguis. Odoratus est & rei odorabilis & non odorabilis, ut visus visibilis & inuisibilis; quia sensus præsentiam & absentiam sui obiecti percipit: Illam per se, hanc per accidens. Inodorabile dicitur, primò quod nullius est odoris; secundò quod exigui; tertio quod terti. Tot modis *αἴσθησις*, ingustabile. Medium odoratus aëris & aqua. Pisces enim olfacti sunt. Hinc non eodem modo cuncta animalia olfacti sunt; quæ enim respirant, olfacti inspirando, id est, aërem attrahendo: cætera, non item, ob diuersam organi olfactorii rationem. Vnde sequitur, ea quæ respirant, non olfacti in aqua. Consistit odor maximè in siccо, ut sapor in humido. Hinc odorata, sicciora sunt, & ferè calidiora. Sapores autem gustum non afficiunt sine humore; & quæ solida sunt, non gustantur, nisi liquefiant: hinc condimenta. Est vero organum gustus tale potentia, quale est actus odorabile.

Ad Caput decimum. De Gustu.

Ver gustare est quoddam tangere, sic in gustus quidam, *ταγματίσται*. Gustabile est quoddam *ταγματίσται*.

Gustabile est quoddam tactile, ut**Gustabile est quoddam gustus.**

tactile : ideo non sentitur gustabile per me-
dium externum, ut color, sonus, odor, sed
per internum, ut tactus. Sed ut visibile est
color, sic gustabile, *χυμός*, sapor. Omne au-
tem gustabile, humidum, vel actu, vel po-
tentia. Percipit *κύον* gustus, *χαυστήρ* ingusta-
bile, ut visus, tenebras; auditus, silentium.
πόσιον, potabile, quod bibitur, à tactu & gu-
stu percipitur; ab hoc, ut saporem habet;
ab illo, ut humidum est. Arida lingua non
gustat: quia organum gustus tale esse debet
potentia, quale est gustabile actu: at sine
humore non sentitur gustabile. Lingua etiā
nimis humida non sapit, ut ægrorum, qui-
bus amara videntur omnia, quia eorum lin-
gua amaro & bilioso humore perfusa est.
Species saporum; dulcis, amarus. Ad dul-
cem refertur, pianguis; ad amarum *αίμων*,
salsus. Medii sunt, acer, acerbus, accidus,
acutus. Gustabile est quod gustum mouet,
& cum talem actu facit, qualis est potentia.

l qui sensus à gustu & tactu , quod illi e-
minus obiecta percipient , hi cominus . &
tactilia quidem differunt à sonis , & colo-
ribus , quod hi medium moueant primò ,
& deinde medium ipsum moueat , afficiat-
que sensum : illa autem simul medium &
sensum moueant . Quod sit ob tactilis con-
iunctionem , & breuitatem interualli . Vt
sit cum quis per clypeum percutitur . Non
enim dicimus primò clypeum ab hasta
percuti , & deinde militem à clypeo , quo
munitur , percuti ; sed militem vñà cum
clypeo plagam accipere . Caro & lingua
Tactus medium sunt ; vt aér & aqua , Vi-
sus , Auditus , & Olfactus . Nam sensibile
supra sensiterium , id est supra organum ,
positum non sentitur : at tactile supra car-
nem positum sentitur . Non est igitur caro
organum tactus , sed medium sub quo ve-
rum organum latet . Tactilia autem siue
obiecta tactus sunt differentiae corporum
primorum , calidum , frigidū , humidum ,
siccum : de quibus lib . de Generat . & Cor-
rupt . Organum tactus , est ea pars , quæ est
potētia id quod tactile est actu , quia quod
sensit , patitur ab obiecto : at quod patitur ,
est potentia tale , quale id à quo patitur .
Non patitur autem simile à simili . Quare
non sentimus similiter calida , frigida , du-
ra , mollia , quæ scilicet Tactum nostrum ,
eiusque modum ac temperiem , quæ ne-
cessariò in primatum qualitatum medio-
critate consistit , non excedunt : sed hyper-
bolas siue excessus & exuperationes qua-
litatum . Nempe quia sensus est me-
diocritas quædam contrarietatis eius
quæ est inter sensibilia : vnde ipsa sen-
sibilia extrema discernit , & quæ eius
modum superant . οὐδὲ μέσην κρίνεται . Medium
enim est in dextre extremorum . Percipit Tactus
intactile , πατητής , vt alii sensus fuorum ob-
iectorum priuationes . Intactile dicitur &
quod vix , præ exiguitate , & quod nimium ,
præ excessu & vehementia sensum afficit .

କେବଳ ମୁଖ୍ୟ
ଦେଶ ରେ ଆପଣ
ଅନ୍ତର୍ଜାଲର
ଏହି ପରିଵର୍ତ୍ତନ.

*Prima que-
litates sunt
objec*ta* i*aa*
Etus.*

Non sentimus tactilis tactilis in pars gradus nobiscum.

Ad Caput undecimum. De Tactu.

Dicendum est de tactili & tactu. Videtur tactus non vnuſ ſed multiplex ſenſus. Quia vnuſ ſenſus vniuſ eſt contrarietatis; ut viſus, albi & nigri; guſtus, dulcis & amari: at tactus circa plures contrarietates versatur, calidum & frigidum; humidum, ſiccum; molle, durum, &c. Quod si dicas ſimiles contrarietates in aliis ſenſibus reperiri; voceſ enim queſ ad audi-
tum ſpectant, eſſe acutæ, & graueſ; ma-
gnas, paruaſ, lenes, asperas: colořeſ item
ſuo modo diuersos, diuerſis contrariaſ eſſe:
Reponam, parem non eſſe rationem con-
trarietatum aliorum ſenſuum & tactuſ: il-
lae enim in vnam communem rationem
conueniunt; haec minimè. Organum autem
tactus videri poſſet caro: quia cum primū
tangitur, fit ſenſus. Sed haec ratio non con-
uincit. Quia ſic membranula ſuperexten-
Caro media
tactus in-
ternum.
ſa carni dici poſſet organū tactuſ, cum ſen-
ſus hiat ſuprapoſita illa membranula. Eſt er-
go caro medium tactuſ: internum tamen,
& coniunctum, & ita diſpoſitum, ut ſit in-
ter reſ tactiles & organum iplum tactuſ.
Cum autem lingua reſ tactiles & ſapores
eadem parte ac interno medio ſentiat, erit
ſanè plures tactuſ. Quia tactuſ linguae diſ-
fert à tactu per corpus diſſiſo, cum per ta-
ctuſ linguae ſimil etiam ſapores percipta-
muſ, per tactuſ vero reliqui corporis, ſo-
las qualitates tactiles. His verbis significat
Aristoteles gulfum eſſe tactuſ quemdam,
ut iam pluries dixit. Sensus vero omnes ob-
iecta ſua percipiunt per medium externum
Omnes ſen-
ſus media-
geant ex-
ternos.
etiam gulfus & tactuſ. Neque enim gulfare
aut tangere poſſumus corpora, ſolda ſal-
tem & dura in aëre & aqua; quin aër & a-
qua interiecta ſint. Sed hoc diſferunt re-

Ad Caput duodecimum.

in symphonia & cōcentu organorum Musicorum. Perit enim harmonia, fidibus ni-
mūm intensis, fortiusque pulsatis. Non
sentiunt plantæ, licet animæ partem ali-
quam speciem ve habeant, nempe vege-
tantem; quia organi sensorii mediocritate
& proportione carent. Nec tali principio
constant, anima scilicet sentiente, quo ob-
iectorum sensibilium formas speciesve su-
scipient sine materia. Frigescunt enim, ca-
lefiunt, & patiuntur cum materia, & re-
bus ipsis. Soli sensus à sensilibus patiun-
tur, & sensibilia sunt: ea scilicet ut talia
percipiendo. Solus enim odoratus odores,
ut tales sunt, percipit. Solus visus lumen
& colores. Esto, aët recipiat odores, lu-
men, sonos, tonitrua: Non tamen adora-
tur, videt, auditve. Quia odores recipie-
re, non est simpliciter odorari; sed ita recipi-
ere, ut percipientur & sentiantur, quā ta-
les. quod solis sensuum organis competit:
non aëri, aliisve inanimatis, & sensu caren-
tibus. Hęc habentur libro secundo.

Liber tertius de Anima.

Constat capitibus tredecim, vel duo-
decim, iuxta versionem Pacij in par-
tes quatuor redactis. I. est de numero sen-
suum externorum. II. de sensibus inter-
nis. III. de intellectu. IV. de vim motrice &
appetitu. Sed commentator, id est, Auer-
roës, Albertus Magnus, & alii quidam,
decem tantum capita huius libri facien-
tes, & partes duas; initium sumunt libri ab
eo capite, quod nobis, Philoponi, The-
mistii, D. Thomae & aliorum interpre-
tum diuisionem sequentibus, est quartum:
vbi incipit Aristoteles agere de In-
tellectu.

Ad caput primum.

Non est sensus alias præter hos quinq;
sensus quinq; οὐ, ἀκούω, στρέμω, μένω, ἀπλώ, νιστόμ, au-
ditam, odoratum, gustum, tactum. Primò
quia sensibiles quæcumque qualitates
percipiuntur his quinque sensibus: om-
nes enim tæctiles tactu nostro percipiun-
tur; ergo omnes visibiles visu, odorabiles
olfactu, & ita de cæteris. Quod si ita est,
non erit opus pluribus sensibus. Sed pos-
sem ego Aristoteli opponere, nobis desse
sensum quo percipiamus vires herbarum
plurimarum, & lapidum, ut magnetis fer-
rum trahentis; &, ut summatim dicam, o-
mnes eas qualitates quæ occultæ sunt, di-
cunturque formales & specificæ. Aiunt
etiam nonnulli; sensum venereæ volupta-
tis, ab aliis differre, esseque sextum sen-
sum; nec minus à tactu distingui, quām
gustum: vnde ut gustus, licet sit tactus

quidam, à tactu tamen differt, aliūmque
sensum constituit: sic sensum rei venereæ,
licet aliquo modo ad tactum referri videa-
tur; quia tamen alia est illius actio & volu-
ptas, quām tactus communis; & præterea
certæ parti, scilicet pudēdo, affixus est, ut
gustus lingua; ideo à cōmuni tactu pari
iure distingui. Sed redeo ad Aristotelem.
Nobis nullū deest sensus organū: ergoneq;
sensus ullus deest. Tertiò, Nobis Medium
omne ad sentiendum necessarium suppe-
tit, tam internum quām externum: habet
verò organum omne cognitionem & pro-
portionem cum medio suo. Hinc visus si-
ue pupilla, auditus siue eius organum, (hic
enim sensuum nomina sumit pro organis,)
& olfactus cum aqua & aëre habent affini-
tatem; itavt alterutrum elementum in il-
lis prædominetur, aqua in pupilla, aër in
aure, horum alterum in olfactu. Ignis au-
tem aut nullius organi proprius est, aut
communis omnium: quia sine calore ni-
hil sentit: ut terra, quæ in tactu, si in ullo,
viget. Denique perfecta animalia quinq;
tantum sensus habent: non sunt ergo plu-
res. Néque enim opus est sexto sensu ad
sensibilia communia percipienda; cùm ea
omnes sensus percipient etiam per se: ut
suprà definitum fuit l. 2. de Ani. c. 5. Tri-
buit natura nobis sensus multos, ut com-
munia sensibilia perciperemus, eaque dif-
ferre sciremus, à propriis. Si enim esset *si sensus es-*
vnus, non *perciperetur* *sensibilia cō-*
mmunia di-
stincte.
vt color; non possemus, magnitudinem
à proprio sensibili discernere; cùm ab
alio sensu non posset percipi, si esset vnu
tantum sensus. Nunc verò cognoscimus
magnitudinem distinguì à proprio sensibili,
nempe colore; esseque illam sensibile
commune: quia sunt plures sensus à qui-
bus ipsa, non color percipitur.

*Ad Caput secundum. De sensu
Communi.*

Quisquis obiecta sensibilia percipit,
non modò ea simpliciter sentit, sed
& sentit se ea sentire; vnde & actionem ip-
sam sentiendi dignoscit; & diuersa obie-
cta, ut album à sono, distinguit. Cùm enim
videmus & audimus, sanè sentimus nos vi-
dere & audire, & album à voce discerni-
mus. Questio igitur est an sentiendi actio-
nem, putà visionem (idem de cæteris) ipso
sensu externo, putà visu, percipiamus; an
alio quodam interno sensu & communi,
per quem & sentiamus nos videre, audire,
& cæt. & obiecta diuersa, ut sonos à colo-
ribus discernamus. Si alio; erunt duo sen-
sus eiusdem obiecti: & dabitur processus
in

in infinitum: nam pati iure actio alterius ab ipso non percipietur. Ergo ab alio. Sed contra. Actio sensus non est sensus obiectū. Sic visio non est color: ergo à proprio sensu non percipitur. Organum sensibilia recipit sine materia, id est, specios intentionales, simulachra obiectorum. Hinc semotis sensibilibus rebus manent sensiones & imaginationes in organis. Agentis & mouentis actio est in paciente; hinc non est necesse quod mouet, moueri. Sensus in actu & sensibile in actu sunt simul: non si utrumlibet sumatur secundum potentiam. Excellens sensibile laedit sensum, quia destruit proportionem & temperiem organi, in qua proportione consistit sensus. Singuli sensus propria percipiunt obiecta, eorumque differentias; quæ scilicet sub communi ratione obiecti proprii continentur. Sic visus colorem percipit nigrum & album: Tactus calidum & frigidum: & singuli singulis organis certa ratione compositis ac temperatis.

Oportet vero esse sensum (quem vocant communem) qui ex officio, ipsas exteriōrum sensuum actiones discernat, & omnium obiectorum sensibilium differentias expendat & dijudicet. Hoc enim iudicium cum sit desensibili, aliquo sensu fieri debet, eoque uno: Si enim essent plures ac diversi, quorum unus unum sensibile, alter alterum cognosceret seorsim; non possent illi discrimen inter sensibilia constituere. Iudex enim id omnes de quo iudicat, notum habere debet: at nullus exterior sensus id præstare potest: quippe qui unus dumtaxat obiecti proprii septo & ambitu sit circumscriptus: neque in alterius obiectum, actionem, & iura, vim ullam habeat. Sensus ergo communis arbiter est, & cognitor contrariorum ac diversorum sensibilium, eodem instanti: simul enim dulce & nigrum, amarum & dulce dijudicat: unde contraria in eadem facultate simul sunt. Quod non repugnat secundum speciem, siue esse intentionale, licet sit adūans, secundum esse reale. Hinc similis est sensus communis puncto siue centro circuli, quod unum dicitur & plura. Plura quidem, ut principium est; à quo lineæ multæ ducuntur ad peripheriam: Unum, ut est finis in quo lineæ à peripheria ducentur vniuntur. Sic enim sensus ille princeps unus est; quatenus sensum externorum est finis. Horum enim actiones & obiecta ad illius tribunal specierum interuentu deducuntur, atque in illo vniuntur. Idem verò est multiplex, quatenus est fons & principium sensuum externorum. & ab illo ad hos qui plures sunt, vis sensitiva influit; vel ut est eorum iudex & cognitor.

Tom. II. *De intellectu*

Ad Caput tertium. De intellectu.

Intelligere & sapere, non solum & non quod sunt idem cum sentire: ut male posuit Empedocles, quia cunctis animalibus inest sensus. intellectus verò paucis. Et sensus non errat circa propria obiecta sed semper verus est: intellectus verò ut recte verèque intelligit per prudentialm, scientiam, & veram opinionem; sic errat saepe per falsas opiniones, & habitus, prudentiæ ac scientiæ contrarios. Differt phantasia siue imaginatio à sensu & intellectu, licet sine prævia sensus notitia non fiat, ut nec sine hac existimatio, *phantasia*, quæ est actio intellectus, scientiam, prudentialm, & opinionem complectens. Atque actum quidem imaginationis differt ab existimatione, hinc constat; quod imaginamur falsa & ad libitum; Existimamus autem vera, vel vero similia, neque ut liber, sed ut res videtur. & cum existimamus opinamur ve mala vel bona, commouemur metu, gaudio, spe: sed cum imaginamur simplici actu, imaginandi scilicet, & sine iudicio coniuncto, non commouemur: iis tunc similes qui picturam siue rei latæ, siue horrificæ inspicunt. Neque verò propriè imaginatio est sensus: quia sensus vel potentia est, vel actu: atqui ab utroque differt imaginatio; ab illo quidem, quia sensus potentia non agit in somniis: agit imaginatio: ab hoc autem, quia non est, nec fit, cum fiunt somnia ab imaginatione. Secundò, sensus semper adest, ab ipso nativitatis exordio; non imaginatio. Tertiò, omni animali sensus inest, non phantasia, perfecta saltem, ut vermi, formicæ, api. Quartò, sensus veri sunt, imaginatio non tarda falsa & ludicra. Quintò, sentimus sola præsentia: imaginamur & absentia. Non est etiam phantasia siue intellectus; nec scientia: quia haec semper vera, (sumitur hic pro habitu principiorum,) ille saepe falsa. Non est denique opinio. Quia opinionem sequitur fides, fidem persuasio, persuasionem ratio: phantasiam verò nihil istorum. *phantasia* enim, id est, fides, adest à bestiis: Sol appetit *phantasia* pedalis, secundum imaginationem à sensu ottam; existimatur tamen ab eodem homine terra longè maior. Imaginatio pro ipso actu facultatis imaginatricis sumpta, est motio in animalibus facta, à sensu in actu, quæ variè afficiuntur, & nunc vera nunc falsa apprehendunt. Error autem imaginationis ab errore sensuum oritur, qui falluntur in sensibili communi, ut magnitudine, figura, motu. Et in proprio, saltem quoad applicationem; ut cum visus, colore ru- beum vitreas fenestræ videt in pavimento, ubi non est: vel cum album percipit,

Etymon Phantasiae. quod reuera album non est. Sensui ergo *phantasia* coniunctissima est. Et cum visus sit *phantasia*, maximè sensus, id est, perfectissimus: hic autem sit *phantasia*, luminis, nec quicquam, sine eo videat; nomen *phantasia*, sumpsit *phantasia*, *visus* & *phantasia*, à lumine, & statu. A lumine quidem, ut imaginatrix affinitas & coniunctio cum sensu externo significetur: à statu vero, quod sit permanens. Cessante enim externo sensu, phantasia operatur, & permanet: per quam ideo bestie & homines multa agunt. Ille, quia mente carent, nec excellentiorem phantasia facultatem obtinent; Hi, quia mens somno, ægritudine, pathemate, ut amore, ira, interdum *phantasia*, obscurata affectum est, & quasi inuoluta. Mente enim feriente, vel quolibet affectu præpedita, excitat sese audax & effrenis phantasia; & quasi vicaria principis facultatis, humanæ *phantasiae* usurpat imperium: sæpe tamen infelicitate, absente scilicet aut obscurato potius Sole rationis. Dicerem hic multa & præclarar de vi phantasie, quæ mita est in somniantibus, in nocturnis deambulonibus, in feminis concipientibus, & grauidis. sed alio properandum.

Ad Caput quartum.

Intellectus agens. **A**b hoc capite initium libri tertii sumunt Arabes. * Quia in eo orditur Aristoteles tractationem de anima rationali, sive de intellectu. Per partem enim animæ, quæ cognoscit & sapit, significatur intellectus. Sed intellectus unus est agens, qui res potestate intelligibiles, facit actu intelligi; fabricando scilicet species intellectiles, sive spiritales rerum imagines, ad intellectu necessarias: alter patiens, patibilis, possibilis, qui species intellectiles ab agente creates recipiens, res omnes intelligit. Et patiens quidem intellectus consideratur, ve in potentia; ve in habitu; ve in actu. Dicitur vero in potentia, cum nondum intellectus, nec ullam rerum speciem similitudinem vobiscepit; sed notionum est expers, & tabulae rasæ similis, in qua nihil est depictum, ut est intellectus puerorum, ante usum ratio nis. In habitu, cum iam instructus est scientiis & habitibus; acceptique rerum species & notiones: sed tamen actu non intelligit, licet sit aptus ad intelligendum. Ut est intellectus Philosophorum. In actu, cum actu contemplatur aut intelligit, ut intellectus Philosophi actu docentis & differentis. Hoc igitur caput est de intellectu patiente in potentia, & in habitu. Quintum de Agente. Sextum de intellectu in actu.

Intellectus patiens patitur à re intelligi-

gibili, ut sensus à sensibili. Passione scilicet perfectiva, & recipiendo speciem obiecti; quam neuter actu habet, sed potestate. Et quia intellectus omnia intelligit, ideo simplex est, non mixtus, non compositus, ex his scilicet quibus cætera constant: si enim his constaret, ea non vinceret, nec iis dominaretur: id est, non cognosceret: (quasi cognoscere sit quodam dominari:) vt enim tactus non percipit rerum qualitates iis quas actu habet, æquales; sic mens non cognosceret omnia, si quibusdam actu constaret. Vnde intellectus est potestate omnia, quia nihil est actu eorum quæ sunt, antequam ea intelligat: potest vero omnia intelligere. Qua nota differt à sensu, qui tantum est potestate certum entis genus, ut visus visibilia. Sed & sensus facultas est organica, non intellectus. Hic enim non afficitur primis qualitatibus, cum iis non constet; neque habet ullum organum in corpore; neque lreditur ab obiecto intelligibili, licet difficillimo & perfectissimo, ut sensus ab excellenti & vehementi sensibili.

Intellectus in habitu. Intellectus in habitu est, qui actu scientiam habet, potestque se ipsum ideo intelligere, & cætera, quorum scientiam acquisuit, vel discendo vel inueniendo. (obiter nota scientiae comparadæ duos hic modos significari, disciplinam quæ sic discendo ab alio præceptore; & inventionem, quæ sit proprio studio & observatione diligent.) Cùm autem in materialibus, ut carne, aliud sit caro, aliud esse carnis, id est, aliud sit essentia, forma, natura; aliud compositum ipsum singulare, quod naturam habet: (in Metaphysicis enim & immaterialibus, ut in Angelis; idem est utrumque, Angelus, & esse Angeli) anima carnem quidem, sive compositum singulare cognoscit sensu; essentiam vero, quæ à singularitate abstrahit, estque universalis, intellectu. Imo utrumque intellectu, sed modo diuerso. Nempe essentiam per se; rē singularem & compositam, per aliud & indirecte; per sensum scilicet, quo utitur tanquam instrumento. Idem ergo intellectus se sit tamen diuerso modo habens, ut linea eadem, quæ flexa extenditur, utrumque intelligit; essentiam yniuersam non sensibilem, per se ipsum; dum vero ad sensum extenditur, ipsum sensibile singulare. Patitur intellectus ab intelligibili, sive communi materia. Hec enim tantum requiritur, ubi passio est corruptua: at hic perfectiva est. Est vero dignum expositu, An & quo pacto ipse intellectus sit non intelligibilis. Constat sane intellectum in habitu se ipsum posse intelligere. Intelligitur ergo vel ut intellectus; & sic quicquid intelligitur, erit

Intelligibilium duo genera.

intelle^ctus, quod falsum: vel, vt quid aliud, & sic erit mixtus ex hoc alio, & seipso; atque adeo non erit simplex, quod etiam falsum. Dicendum tamen duo esse intelligibilem genera, alia per se & actu, vt sunt substantiaz separatae à materiâ, siue spirituales: alia per accidens & potentia, vt sunt res materiales & sensibiles: quæ non possunt intelligi, nisi fiant actu intelligibiles per abstractionem speciei immaterialis à phantasmate. Et intelligibilia quidem actu sive habere, vt intelligens & intelligibile sive idem: intelligibilia autem potentia, non sic. Intelle^ctus ergo noster cum priorigenere continetur, intelligibilis est, vt substantiaz spirituales, de quibus verum est dicere, si quid intelligatur vt est intelle^ctus, quicquid intelligitur vel est actu intelligibile, esse etiam intelle^ctum. Quid non sic verum est in posteriori genere. Vnde non sequitur, omnibus intelligibilibus intelle^ctum inesse: licet intelle^ctus à seipso intelligatur, vt intelle^ctus est. Sed cur se non semper intelligit? Est enim semper actu intelligibilis & sibi praesens. Non dicit causam Aristoteles. Ego eam esse puto, quod intelle^ctus se directe, ac per se primò non cognoscat, sed reflexe, & per aliatum rerum cognitionem; in quarum contemplatione non semper occupatur. Non enim mens se cognoscit, nisi dum cognoscit se cognoscere; quæ actio reflexa dicitur: quia mens se tunc supra suam operationem reflectit.

Intellectus à se intelligitur, sed non semper.

Adecap. 5. **A** Gens intelle^ctus necessarius est. In omni enim genere rerum, in quo datur quidpiam quod potestate est omnia illius generis; datur etiam aliud, quod est causa efficiens omnium, in tali genere; quod vulgo dicunt interpres omni potentiaz passiuæ, actiuam in eodem genere respondere. Ergo cum detur intelle^ctus patiens, qui potestate est omnia intellectilia, dabitur & Agens, qui omnia actu faciat intellectilia: qui ad hæc sic se habeat, vt lamen ad colores. Nam vt sine lumine colores non videntur; sic sine agente intellectu nihil actu intelligitur. Est ergo intelle^ctus agens separabilis, non mixtus; impassibilis, *χρειος*, *ἀμάθητος*, patibili præstantior. *αὐτὸν παύεσθαι τὸ μωρόν*, *καὶ οὐ περιπλέκειν*. Semper enim præstantius est efficiens patiente, & principium materiâ. Hoc loco notandus error versionis Latinæ in multis exemplaribus, vbi habetur nominandi casus pro genitivo: nompe, *Materia*, pro *Materie*. Scientia in actu, id est, intellectio siue intelle^ctus actu, differt ab intelle^ctu potentiaz, qui hic dicitur scientia: quod intelle^ctus in actu, sit ipsa

res intellecta, non absolute vt res est, sed quantum ad actionem, & notionaliter; intellectus vero potestate, non sic. Secundò, quod hic illum, in eodem homine, tempore antecedit. Tertiò, quod qui actu est, cum actu est, intelligat semper; qui potestate, non sic. Potest enim esse in habitu, qui actus dicitur primus, licet non actu intelligat. Cum autem à corpore separatus est intelle^ctus, siue agens siue patiens (vterque enim reidem est, sola ratione diuersus) est tantum hoc quod est; id est remanet secundum suam essentiam propriam & spiritalem essendi modum, sine corporis adiumento eiusve functionibus: & hoc solo modo immortalis est, & æternus: quatenus scilicet spiritualiter subsistit, & operatur sine phantasmate. Neque enim putandum voluisse Aristotelem intelle^ctum à corpore separatum, inertem & torpidum semper manere, sine aliqua cognitione vel operatione. Cui enim bono? Sed sine tali cognoscendi modo, qualem in corpore habet. Dum enim corpori mixtus est, intelligit per phantasmatum; extra corpus vero, sine illis. Hinc est quod non recordetur separatus. Quia recordatio à phantasia dependet; immò phantasia & memoria, phantasma & memorabile, solā ratione differunt, vt re vnum sunt ac idem. Ex lib. de memoria, & reminisc. At vero phantasia (quæ hic vocatur *μνήμη*, intellectus passiuus, vt l. 2. de An. tex. 155. lib. de Memor. ca. 1. lib. 3. de An. textu 48. li. de motu Animal. c. 3. corrum-
phantasia dicitur
rebus memoriis-
pitur, extinguiturque, separato à corpore intellectu: necessum ergo est perire memoriam. Nihil autem intelle^ctus intelligere dicitur, sine hoc intellectu passiuo, id est, sine phantasia, cum scilicet est separatus; non quod nihil planè intelligat, sed quod in eo statu alia ratione & modo intelligat, quam ope phantasiaz. Tunc enim intelligit sine phantasmatis. Errant ergo vehementer qui credunt per intelle^ctum passiuum debere hic intelligi intelle^ctum patientem: de quo superiori capite actum est. Eum enim dixit Aristoteles esse separabilem; immixtum, minimè organicum, & impatibilem passione corruptivâ. Vnde sui nimium immemor esset Philosophus, & in manifestam turpemque incidet contradictionem; si eumdem nunc organicum, corporeum & mortale affirmareret.

Adecap. 6. **I**ntelle^ctus in actu, siue actio intellectus, duplex. Una, quæ dicitur *αἰσθητὸς ἀνὴρ*, indiusibilium intellectio: estque eorum in quibus non est falsitas nec veritas: vt est notio siue intellectio, substantiaz, quantitatis, diametri, atque uno verbo simplicium apprehensio.

Nam cum hæc intelliguntur, nec verum nec falsum enuntiatur. Altera ~~concupiscentia~~, ^{intelligere} compositio; quaresiam conceperas & intellectus componimus, & quasi unum facimus, affirmando, negando, sive per propositionem tantum, sive etiam per argumentationem, & syllogismum. Nam sub hac altera intellectus actione quæ dicitur conceptum compositio, continetur argumentatio: alioqui non duæ, sed tres intellectus actiones essent distinguendæ. Hæc igitur compositio verum semper vel falsum dicit. Vtrumque autem à tempore pendet: alia enim alio tempore vera, alio falsa. Indivisible vel actu, quod licet potentia sit divisibile, non est tamen actu divisum, vnde melius diceretur indivisum actu: vel potestate, quod nec actu divisum, nec potestate, ut punctum. Indivisible actu, vel est in quantitate, vel in specie seu forma. Illud tripliciter cognosci potest. I. ut totum simul. II. per partes cogitatione diuisas, & vicissim intellectus. III per partes simul cum toto, ut hoc ex illis sit. Primo modo intellectio sit in instanti, vel indivisiili, uno continuoque tempore. Sic linea una & indivisa, una & indivisa intellectione, uno & indiviso tempore intelligitur, alioqui non intelligetur tota simul. Secundò, intellectio non sit in instanti, neque tempore uno & continuo, sed diviso. Tertiò, sit intellectio tempore uno & indiviso. At indivisible essentia sive specie, ut homo, equus, una, simplici ac indivisiili intellectione, in tempore indivisibili, id est, in instanti, intelligitur. Quæ vero sunt indivisibilia & actu & potestate intelliguntur, ut priuationes, id est, per negationes contrariorum; punctum, per continuum; instans, per tempus: ut malum per bonum; tenebrae per lumen. Simplex Apprehensio essentia vera dicil aliquatenus potest; non quidem affirmando verum vel falsum; sed vere percipiendo rei essentiam, ut est, itavt in ea apprehendenda non decipiatur. Sic enim sensus verus dicitur cum percipit obiectum, ut est. Sic visio vera, quæ ita proprium obiectum percipit, ut non decipiatur. Veritatem hanc, simplicem & incomplexam vocant schoolæ; illam vero alteram, quæ ait vel negat enuntiando, complexam.

Ad cap. 8.

Intellectus in actu, qui hic dicitur scientia actu, aliis Practicus, qui ad opus refert cognitionem. Ut intellectus politici: aliis Theoreticus, qui in sola nudaque rerum cognitione conquiescit; ut intellectus Physici. De vtroque hic agitur. Ut ergo in sensu externo tres notantur actiones. I. Simplex cognition, cum primum obiectum sensibile, mouet sensituum,

ipsumque deducit è potentia ad actum sine passione villa corruptiua. II. Iudicium boni, vel mali, iucundi, vel molesti, per estimatiuam; quod est simile affirmationi aut negationi intellectus. III. Fuga vel profectio, sive appetitio: hæc boni, illa mali: sic intellectus practicus, quianimæ est danoëtieæ, mouetur primò à phantasmati, vt sensus ab externis sensibilibus. Secundo, iudicat obiectum apprehensum, bonum vel malum, vera propositione, id est, affirmando vel negando. Tertiò, mouet voluntatem ad fugiendum vel appetendum. Unde dicitur practicus. Quare si sensus sine sensibili externo non sentit; Sic anima sine phantasmati nihil unquam intelligit. Atque vt externa sensibilia (quæ prius mediū afficiunt, putat aër lucidus, id est, lumen, aërem; deinde organum, putat pupillam, tandem sensum communem, sensibilem omnium iudicem summum & ultimum, sic & phantasmati ad intellectum: qui omnia intelligibilia percipit, vt sensus communis omnia sensibilia; imd ut sensus communis unus est re ipsa arbitrio sensibilium, ratione diuersus; vt cap. 2. dictum est; sic & intellectus re unus est, ratione autem obiectorum intelligibiliū diuersissimorum, & quorum est iudex, diuersus & multiplex. Mouetur vero practicus & presentia sensibilis, & absentia, ex stimulante sola phantasia, vel metis conceptibus: vnde sequitur in voluntate appetitio boni, vel fuga mali; estque tunc intellectus ~~hæc~~ Sed verū & falsum quæ sine actione sunt, & ad contemplationem, sive Theoreticum intellectum spectant, sunt quidem in eodem genere quo bonum & malum, id est, pertinet ad unum eundemque re ipsa intellectum, (Theoreticus enim & practicus re idem sunt, solaque ratione differunt,) absolute tamen distinguitur, id est formaliter. Et ratione aliqua: quod se illicet intellectus qui tunc Theoreticus est, ea intelligat per abstractionem, & sine ordine ad opus actionem. ve, ut in Mathematicis non re sed ratione à materia separatis. Vtrum enim ipse intellectus à materia & magnitudine minime separatus, id est, dum in corpore est, substantias re & ratione separatas, Deum & Angelos intelligat, nec-ne, postea dicendum.

Anima rationalis modo quodam est Omnia. Quia quicquid est, vel est intelligibile, vel sensibile: atque anima rationalis quodammodo est omne sensibile, ratione sensus; & omne intelligibile, ratione intellectus. Cognoscens enim actu, est idem quodammodo cum re cognita, id est, ratione similitudinis, & secundum speciem a representationem, non re ipsa. Non enim lapis in anima est, sed spe-

Indivisible
actu, vel
potentia.Intellectus
qui sit in
instanti &
in tempore.Simplex
apprehensio
ut vera.Intellectus
practicus
ut moneretur.Omnia
in actione.verum &
falsum at
intellectumTheoretici
spectant.

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

20

21

22

23

24

25

26

Mens forma-
tum.

cies sive forma lapidis. Est ergo anima vel potius mens, ut manus, quæ est ^{cooperatrix} instrumentum instrumentorum: sic enim mens est forma formarum, sensus sensibilium. Nam ut manus instrumenta omnia conficit ipsique virtutem, ita ut ex nullo sit illorum; sic mens, quæ forma est accidentaria, non substantialis, species rerum omnium recipit, iisque virtutem, nec est re ipsa eorum quidquam, quæ intelligit. Qui ergo sensum non habet, nihil discere potest aut intelligere. Intelligibiles enim formæ à sensibilibus dependent, & à phantasmatibus. Et qui intelligit atque contemnatur, necesse est ut cum phantasmate contempletur. Phantasma autem est, ut sensible sine materia, id est simulacrum & species rei sensibilis, non res ipsa. Sine phantasmate ergo non est affirmatio aut negatio intellectiva, sive iudicium veri aut falsi; immo nec ^{receptio rationis}, primi simplicesque conceptus, aut notiones: aliud tamen ab his est phantasia, atque adeo ab intellectu.

Ad cap. 6. **A**nimalium anima omnis cognoscendi seu discernendi potentia, vi que motrice definita est. Et de illa quidem quæ vocat ^{phantasia}, hactenus; nunc de hac dicendum. Quodnam videlicet principium sit motus localis animalium, animam tota immediata, an pars eius sive facultas aliqua? Et si pars, an una ex dictis, an alia quæpiam? Malè vero Plato facultates animalium diuisit in rationalem, irascibilem, concupisibilem: sunt enim præter has aliae, ut vegetatrix. Malè alii, in rationis participes, & expertes. Non enim liquet de sensu, phantasia, appetitu, quæ sunt facultates animalium, ab aliis diuersæ; debeant-ne ad illas, an ad has reuocari. Vis ergo motrix animalis, non est facultas vegetatrix vel nutritrix: quia animal non mouetur loco, nisi ob finem imaginatione apprehensum, & cum appetitu: at facultas vegetatrix expers est imaginationis & appetitus. Deinde mouerentur plantæ motu progressivo, haberentque partes huic motui idoneas. Népe pedes, alas; at hoc falsum. Sed neque sensus, principium est motus progressivus. Animalia enim quædam sensum habent, quæ tamen non mouentur loco; v. Zoophyta: quibus ideo natura progressionis instrumenta denegavit, quæ aliqui nihil frustra facit, nec deest in necessariis. Non est etiā intellectus, principium motus progressivus: non theoreticus, quia nihil de actione cogitat, id est, non iudicat aliquid esse faciendum, fugiendum, persequendum. Motus autem progressivus actio est animalis vel malū fugientis, vel bonum persequentis: nō practicus, quia eius iudicium non semper sequitur actio sive motus. Cùm imperant rationi

Vis motrix
præfessa,
non est
in plantis.

Neque in
Zoophyta.

homo non semper obtéperet, sed sæpe agat ex cupiditate: ut faciunt ^{cooperantes}, incontinentes. Denique appetitus non est causa principis progressivi motus, sive is irascibilis sit, sive concupisibilis: quia veti continent, ^{cooperantes}, licet sentiant se suo appetitu ac cupiditate tentari ac pellici ad motum aliquem deprauatum; resistunt tamen, & rationi obtemperantes, à motu cupiditatis abstinent. Non est igitur appetitus, nec intellectus practicus, auctor progressionis animalis; saltem si uterque seorsim sumatur, & alteruter solus. Nam uterque simul mox statuetur localis motus principium.

Ad Cap. decimum.

Intellectus practicus, sub quod Phantasia comprehenditur, & Appetitus, ^{Intellectus} sunt principia motus localis animalium. ^{practicus,} ^{phantasia,} ^{appetitus,} ^{sunt prin-} Illa enim duo dirigunt impelluntque vim motricem ad actum sive motionem. Intellectus quidem vel Phantasia, dirigen- ^{cipia mo-} do, & proponendo quid sit fugiendum, ^{tus anima-} ^{hs.} quid amplectendum; Appetitus verò, fu- giendo, vel amplectendo. Hic enim mouet alicuius finis gratia & boni iam præcongniti à phantasia; vel intellectu pratico. Licet enim finis sit executione ultimus, est tamen cognitione & intentione primus: *Ignor in nulla cupido.* Sed principium praticum est Appetitus. Hic enim sine intellectu mouere potest; ut in brutis, & sæpe in hominibus, qui relicto rationis iudicio imaginationem cupiditatemque sequuntur: at intellectus nunquam mouet sine appetitu, id est, sine voluntate, quæ dicitur *voluntas*, ut appetitus *opere*, cupiditas *desideria*. Omnis etiam motionis principium est appetitus, tam rectæ & honestæ, quam vitiosæ: unde etiam dicitur appetitus, ut & phantasia, nunc rectus, nunc non rectus: at ratio sive intellectus practicus solius recti motus honestæque actionis principium est; *Omnis in-* *omnis enim intellectus rectus est, in pri-* *telle us re-* *ctus est.* in quibus nunquam fallitur, & quantum ex se est, non dirigit mouetque, nisi ad rectum, honestum, verumque bonum. Appetitus autem non tardè inclinat des- citque in falsum, turpe, apparenque bonum. Porro in nobis qui temporis dif- ferentias percipimus, appetitus est du- ^{Appetitus} ^{in humine.} ^{plex, rati-} ^{onabilis.} voluntas scilicet, quæ sequitur iudicium rationis, diciturque appetitus rationalis; & Appetitus sentiens, tam irascibilis quam concupisibilis, quis sensum & phantasiam sequitur. Utique non numero tantum differt, sed specie, id est, genere: *in humine.* *utriusque enim contrarie sunt appetitio-* *sentiens.* *nes.* Cuius rei ratio est, quod cognitionem habeamus presentis temporis & futuri.

Nam qui per sensum, sive imaginationem iudicat aliquid esse bonum nunc, puta vini potum sibi febrenti; vinum nunc appetit sentiente appetitu, phantasie iudicium sequutus: at ratio futuri praesicia, cum iudicet fore, ut vinum noceat; & tale iudicium sequatur voluntas, priorem refutat appetitum; ipsaque adeo voluntas vini usum prohibet. Ut verò appetitus duplex; sic appetibile, sensibile scilicet & rationale. Universim autem Appetibile mouentium est primum. Quia ipsam potentiam appetendi, tanquam obiectum, mouet; & intellectum practicum, vel phantasiam, quæ mouentia sunt. In animalis enim motu tria sunt. I. quod mouet: & hoc duplex; unum, quod mouet immotum, estque Appetibile, quod ut finis mouet appetitum, non ut efficiens; alterum quod mouet iam motum, estque appetitus ipse ab Appetibili motus, & mouens animal. II. quo mouet; & hoc pars est animalis, nempe cor, quo ut instrumento, appetibile mouet animal. Cor, inquam, velalia pars vero cordi respondens, quæ principii finis querationem habeat: ut cardo, καρδια, sitque immota, ut centrum in circulo. Motus enim fit super aliquo fixo & quiescente. Cor verò licet perpetuò moueat per Systolem & Diastolem; in centro tamen manere putatur immotum: quia in medio thorace, quo ad basim situm (medium enim corporis tenet umbilicus) eidem parti & loco corporis semper adhæret, & à nullo alio organo motum accipit; sed ipsum aliis, per arteriarum canales & vehicula quantum potest impetratur, calorem, vitalesque spiritus in omnia membra distribuendo. III. quod mouetur, & hoc animal est, illudque perfectum.

Tria in
motu ani-
mali.

Ad Cap. undecimum.

Animalia
imperfecta,
virusca,
vago in
certoque
motu fe-
runtur,
qui phan-
tasia habet
imperfe-
ctam.

M Vscæ, vermes, insectaque omnia loco mouentur, ut perfecta animalia: quare ab iisdem principiis, appetitu scilicet & phantasia mouebuntur. Sed quia imperfectè, indefinitè, & vago quodammodo confusaneo motu feruntur ad sola presentia & passim occurrentia, ideo imperfectam tantum phantasiam, & per totum corpus diffusam habent. Esse verò in illis appetitum constat ex eo, quod dolore & voluptate afficiantur. Est igitur phantasia in brutis omnibus, sed sensitua tantum: quæ enim dicitur, sive consultatrix & deliberativa, solis inest ratione præditis. Deliberare siquidem est multa inter se conferre, ad aliquem finem præcognitum, qui agendorum lex est & mensura, & ex illis multis eligere melius & accommodatius fini: hoc autem opusrationis est. Vincit in-

terdum in nobis sentiens appetitus rationalem sive voluntatem, sed naturalis ordo postulat, ut superior & princeps, quæ voluntas est, imperet, moueatque sentientem, ut sphæra superior inferiorem; & tunc tres motus fiunt, Voluntatis imperantis, Appetitus sensitui resistentis, Corporis obtinerantis. Sed cum sentiens vincit, duo dumtaxat fiunt, tunc enim non reluctatur voluntas, sed decipitur. In syllogismo pratico constante ex maiore universalis, & minore singulari, & conclusione etiam singulari, plus urgent mouentque ad agendum minor & conclusio, quam maior universalis: quia propositiones particulares sunt operi viciniores.

Ad Cap. duodecimum.

V luens omne à primo suo ortu ad mortem usque, nutriendi facultatem habet: quia crescit, consistit, decrescit, quæ sine nutritione non fiunt. Sed non omne viuens sensus est compos. Stirpes enim sensuarent, quia corpore constant simplici, id est, terra maximè, quæ in eis abundat ac predominatur: (alia enim elementa in platis etiam mixta sunt): ideoque expertes sunt temperiei & proportionis quatuor primarum qualitatum, quæ ad tactum est necessaria: & quia non recipiunt formas sine materia, id est, species intentionales, per quas fit sensatio. Omne autem animal sensum habet, tam id quod progreditur, (idcirco enim motum ei natura dedit, ut alimentum quereret, cuius si sensum non haberet, moreretur, & frustra motrice facultate, organisque progressionis fuisse instructum:) quam id quod non progreditur, ut conchylia, quæ ideo non mouentur, quod alimentum coniunctum habeant & paratum. Non sufficit verò nutriendi facultas, cum intellectu. Nam nullum corpus animatum mentis compos est, quin sit & sensus. Si enim mens esset sine sensu, validi in bonum animæ cederet, vel corporis non animæ, quia sic non magis meliusve intelligeret: imo quandiu in corpore est, tandiu à sensu pendet in intelligendo: non corporis, quia sic compages & fabrica corporis firmior non fiet aut diuturnior. Omne autem animalis sensum inesse oportet etiam imperfectissimo, quia nullum sine tactu vivere & conseruari potest. Si enim tactus sit expers, non poterit noxias qualitates discernere ab utilibus; neque illas fugere, has amplecti: atque adeo facile vel igneo calore consumetur, vel gelida aqua extinguitur. Idem de gustu, qui tactus est aliquis, sentiendum, quo si caret animal, non nutritur. Est enim gustus, sensus alimenti. Reliqui sensus, non sunt ita necessarii.

Superior
appetitus
mouere de-
bet inferio-
rem ac
vincere
naturam

In agendis
plus mouet
particula-
ria.

Omne vi-
ues quādis-
tū, nu-
tritur.

Omne ani-
male est se-
sus compos.

vibimens,
ibis sensus
& vita.

Nullum
animal vi-
vit sine
tactu, &
gusto.

Fit visio per receptionem specierum, non per emissionem radiorum.

Color enim, sonus, & odor, non nutrit. Quanquam & illi gradieri animali necessarii sunt; si non omni. Necesse est ad salutem gradientis animalis, ut non modo cominus sentiat, (quod tangendo sit,) sed eminus, quod per alios sensus, olfaciendo scilicet & videndo distans alimentum ad quod accurrat; & audiendo lethiferi tonitruis fulminisque impetum & fragores, aliaque noxia, ut fugiat. Sensibilia enim ista per externum medium sentiuntur, quod affectum & veluti consignatum speciebus & similitudinibus quasi sigillis obiectorum sensibilium, mouet excitatque sensum. Sic enim satius est & commodius visionem fieri per receptionem specierum sive imaginum à coloribus & figuris, in oculos per medium aërem transmissatum; quam per radiorum ex oculis emissionem: qui quidem radii ab obiectis frangantur ac reflestantur. ut P'latonici Optique complures volunt.

Ad Cap. decimumtertium.

Tactus necessarius animali.

Excessus tactilium interficere animal.

Alii sensus utilites & commodi.

Non aliorum sensum.

Corpus animalis non potest esse simplex, id est, igneum, vel aquatum, aëreum, vel terreum. Quia omne animal tacitu habet, qui mixtionem requirit, certamque proportionem quatuor primarum qualitatum. Sed nec tactus terreus dici potest: quia non modò terræ qualitates percipit, sed calorem, frigus, aliasque omnes: imò quæ terrea sunt, ut plantæ, ossa, pili, non sentiunt. Sine tactu autem nullus est sensus, licet ille sine aliis esse possit. Et Animal quidem sine vita detimento, aliis sensibus priuari potest; non tactu. Cùm enim animal tactu viuat, & pereum solum stare ac definiri possit; si eo priuetur, & vita etiam priuabitur. Hinc excessus & exuperationes aliorum sensibilium, licet propria organa destruant, ut nimia lux oculos; non tamen animal ipsum corruptum petimuntque, ut tractilium excessus. Quidam si sonus tonitruis v. g. auditum destruens, videatur & animal interficere, id per accidens fit, & non ratione soni, sed plague & concussionis aëris vehementissimæ, atque adeo quatenus sonus cum tactili iungitur. Est ergo tactus planè animali necessarius, ut videlicet animal simpliciter sit, ceteri vero sensus, ut bene sit, & commodiorem felicioremque vitam degat. Sic per visum, videt in aëre, aqua, & omnino in perspicuo: per gustum, saporibus iucundis delectatur, insuaves respuit: per auditum, voces, sermonem, & quicquid ei ab alio significatur, percipit: ut vice versa per linguam, (cuius officium est non gustare tantum, sed loqui & vocem dearticulare,) aliis quid velit, cogitare, enuntiando signi-

ficat. Hæc habentur libro tertio de anima.

Liber De Sensu & Sensibili.

VNICUS est, in septem capita distributus, vbi de sensuum organis, obiectis que agitur, in supplementum librorum de anima. Sunt enim & hic, & sequentes libelli, de memoria, de somno, insomniis, iuuentute, vita, respiratione, appendices quædam ad libros de anima; dicunturque vulgo partua Naturalia. Inscibitur hic primus, *de animali et aliis sensibus, de sensu & sensilibus, vel, ut alii credunt, de animali et aliis sensibus, sive organis sensuum.*

testimonio pulcherrimè conformata: Ut non immeritè corporis illam *omnium*, summum & singulare Dei artificium, *ut dicitur* *propositum* *quod est* *admirabile*, *Audacissima nature decus*, *ut dicitur* *admirabile*. Mensuram rerum omnium, *quod est* *admirabile* *est Deus* *omnipotens*, *Ornatissimum Dei opificium*, *est* *deum* *summum*, *Miraculum miraculorum*, denique uno coque accommodatissimo vocabulo, *mundus*, *parvum mundum*, sive uniuersi compendium veteres appellaerint, ac veluti indigerauerint. Licet enim, (ut postremum hunc titulum tanquam honorificissimum & amplissimum explicem paulò latius,) animæ potissimum causa & merito, (quam ait Aristoteles 3. de an. *modus* *modus*, modo quodam esse omnia,) dictus fuerit homo, *mundus*, & magni mundi compendium; est tamen corporis compages & structura eo artificio elaborata, tamque apposita & eleganti partium varietate disposita & adornata: ut vel sola corporis compositio parui cuiusdam mundi speciem imaginemque bellissimè referat. Etenim tres illæ humani corporis principes partes ad vitam absolutè necessariae, cerebrum, cor & hepar, earumque regiones tres à se inuicem præclarissimè distinctæ: caput, thorax & imus venter, mundos tres, Angelicum scilicet siue intellectualem, vel Archetypum; cœlestem, & sublunarem siue elementarem pulcherrimè repræsentant, & modo quodam continere videntur. Cerebrum siquidem cum sit sapientiæ tribunal, sedes intelligentiæ, rationis domicilium, cogitationum subtilissimarum campus celebrissimus, & spirituum animalium officina, est quasi mundus Intellectualis & Angelicus. Cor autem, *animus*, perpetuo motu systoles & diastoles agitatum, vita principium, focus natu*ri* caloris, quem calori syderum siue cœlesti esse analogum ait Aristoteles capite 3. libri. 2. de Generatione animali. Thesaurus denique purissimi ac vivisici sanguinis, & fornax diuinarum flamarum, est mundus cœlestis. Ut enim à cœlo & à Sole præsertim vitales influxus in inferiorem mundum per supernæ illius lucis radios benigniores demittuntur: sic sanguis à corde spiritus vitales, quasi animæ radii per arteriarum canales & tubulos in uniuersum corpus effunduntur. Denique Hepat mundus est elementaris, quatuor humores, sanguinem scilicet, pituitam, fluviam bilem & melanholiam, quasi quatuor elementa complectens: cum sanguis aëri, pituita aquæ, fluvialis igni, melancholia terra respondeat: ut certè in uno hominis corpore, quasi in sacra pyxide, scrinioque pretiosissimo, quidquid rerum est diuinarum, cœ-

*Homo est
parvus
mundus.*

*Etiam ra-
tione corpo-
ris.*

*Cerebrum
est mego
mundi Ar-
chetypi.*

*cor typus
caelestis
mundi.*

*Iecur refert
mundum
elementa-
rem.*

lestium, & elementarium; summus omnium artifex & conditor Deus inclusus, & ineffabili sapientia, modoque prorsus admirabili disposuisse videatur. Nos igitur partim rei dignitate & pulchritudine adducti, partim ad Physices Peripateticæ integritatem, libertatem & ornatum, de Corpore humano, hac anatomica Anthologia breuiter, & quasi summos flores delibando, dicere instituimus. Cum enim debeat eadem esse actus & potentiae, materiæ & formæ scientia, ex capite 2. libri 2. Physicorum: Physica autem de anima rationali studiofissimè dissenserat, quæ forma est & actus humani corporis; profectò cum de anima dixerimus ad libros de Anima, & ad parva Naturalia, necessum videtur de corpore humano etiam pertractare: non prolixis quidem & amplioribus commentariis sed expedita quadam breuitate, quæ Philosophiæ naturali & scientiæ præsertim de Anima sufficiat, lucemque afferat non modò iis quæ ex Aristotelis doctrina de Animæ natura & facultatibus hactenus exposuimus; sed & iis quæ postea dicitur sumus, libris de Historia, Partibus & Generatione Animalium: præsertim cum ipse Aristoteles, vir aliqui summus & incomparabilis, non parum lapsus fuerit in Anatome, ut in principio venarum, nerorum, motus, sensus, quod falso purauit esse cor. Item in ipsa descriptione cordis, quod tribus ventriculis ereditum esse distinctum. Cuius rei easam esse putamus, quod eius temporibus sectiones cadaverum raro & fortè nunquam celebrarentur.

Anthologie Anatomicæ divisione, Obiectum, Methodus.

VT horarii cōpages & fabrica intelligi exactè nequit, nisi eius exiles funiculi, rotulae, machinulæ, omnesq; quibus cōstat, particulæ dissoluantur, atque distinctè præponantur oculis: sic corporis humani structura cognosci non potest sine partium dissolutione & diligēti atque accurata earum dissectione, quæ à Græcis nominatur, *anatomia*: siue ea sit uniuersalis, ut quæ sit in toto corpore; siue particularis, ut quæ sit in parte, putà in oculo. At utraque duplex, Practica, quæ manu administratur à Chirurgo: quia non decet medicum secare, sed sectionibus præesse: & Theoretica, quæ est partis cuiusque accurata ac scientifica contemplatio; quæ videlicet partium singularium principia, compositionem, temperiem, connexionem, situm, actionem, usumque perquirit & considerat.

Quid A-
natomie.

Vtraque anatomie comprehenditur vni-
ca definitione, quæ sic habet: Anatome est
humanæ corporis in partes simplices & com-
positas dissectio, accuratè sapienterque ad-
ministrata, ad perfectam omnium partium
cognitionem.

Quid huius-
manum corpos.

Itaque corpus humanum obiectum est
anatomies, prout sectile est & diuidum in
partes. totum enim corpus proponit anato-
micas diuidendum.

Quid pars.

Corpus humanum est pars hominis alte-
ra, se habens ut materia, variis constans or-
ganis ad diuersa animæ officia comparatis.
corpus enim humanum aures habet ad au-
diendum, oculos ad videndum, pedes ad
ambulandum.

Pars corporis est quæ cum aliis totum
complet, integrumque facit. Sed quia ad
rationem partis tria sunt necessariæ: Primo,
ut cohæreat suo toti: pars enim aulsa à to-
to, definit esse pars, solumque partis no-
men retinet; sic enim pes amputatus, non
est amplius corporis pars, nisi æquivoce,
ut loquuntur Philosophi. Secundo, ut
communem cum toto vitam habeat: nam
pars viuentis viuere debet, alioqui vi-
uens & animatum constaret partibus in-
animatis: vnde sit ut membrum emor-
tuum & aridum, tanquam inutile & no-
xiuum pondus, debeat resecari, ut ramus
siccatus ab arbore. Tertio, ut vsum ha-
beat aut functionem quandam: nihil enim
est in corpore otiosum & frustra, sed par-
ticulae etiam viliores finem proprium ha-
bent: cùm, inquam, tria hæc requirantur
ad rationem partis, appositi Fernelius par-
tem definiuit capite 1. lib. 2. Physiologiz.,
Corpus toti cohærens, communique vita con-
iunctum, ad illius functionem vsumque com-
paratum.

Divisio
partium.

Partes humanum corpus constituentes
diuidit Hipp. scđt. 8. l:b. 6. Epid. sen-
tent. 19. in continentes, id est, solidas
nec diffluentes, sed liquida alia corpora
continentes; ut sunt ossa, ligamenta, ve-
næ, arteriæ: contentas, nempe humo-
res, qui venis & arteriis continentur, ut
sunt sanguis, pituita, bilis: & impellen-
tes sive impetum facientes, scilicet spiri-
tus, vitales, animales, naturales, qui cùm
sint aërii, prætenues, & feruidi, facile de-
currunt per vniuersum corpus, illudque in-
citant, impellunt, exagitant. Deficientibus
quippe spiritibus, motus omnis sensusque
deficit, vires concidunt, vitaque tandem
ipsa extinguitur.

Pars alia
principis,
aliæ ignobi-
lis.

Aliter diuiditur pars, in nobilem sive
principem, & ministram sive ignabilem.
Illa est quæ ad vitam totiusque indiuidui
conservationem absolutè & simpliciter est
necessaria: vel quæ communem quandam
materiam, putè spiritum vel sanguinem.

Tom. II.

toti corpori largitur & distribuit, vt iecur,
cor, cerebrum; quorum influxu, officio,
ac viribus vita subsistit, itavt deficiente
istarum partium opera, vita deficiat. Hæc,
scilicet ignobilis, est ea quæ principi fa-
mularunt, nec communem materiam toti
de suo largitur, vt vena, quæ hepatici in de-
ferendo sanguine; arteria, quæ cordi, in
ducendo spiritu vitali; nervus, qui cere-
bro, in deuohendo animali spiritu, mini-
strant. Digihi etiam & dentes sunt partes
ignobiles, quia non sunt simpliciter ad vi-
tam necessarii.

Alias simi-
latis, alia
dissimila-
rum.

Est & alia celebris divisio partis in simi-
larem & dissimilarem. Illa est quæ diuidi-
tur in similes; ut os, quod diuiditur in ossa
minora & minora: nam pars ossis est os, ut
pars aquæ, aqua. vnde vocantur hæc par-
tes homogeneæ, quia sunt eiusdem gene-
ris, rationis & naturæ, si secum, & cum to-
to comparentur. Hæc vero, nempe dissimilariis;
ea est quæ diuiditur in particulas
diversæ rationis, ut est oculus, qui non in
alios minores oculos, sed in tunicas, hu-
mores, musculos diuiditur. Sic etiam au-
ris, & manus, sunt partes dissimilares sive
organicæ; quia non diuiduntur in particu-
las similes, sed in ossa, membranas, nervos,
carnem.

Duo libelli
anthologiae
anatomicae.

Itaque iuxta celebrem hanc partium hu-
mani corporis in similares & dissimilares
divisionem, distribuetur anatomica hæc
Anthologia in duos libellos, quorum prior
erit de similaribus, sive simplicibus: po-
sterior de dissimilaribus, sive compositis;
itavt libellus prior syntheticæ methodo
respondeat, id est, ordini compositionis,
secundum quem initium ducitur à
simplicibus, sive à partibus: & fit pro-
gressus ad totum compositum; posterior
analyticæ, id est, ordini resolutionis, se-
condum quem initium fit à toto sive com-
posito, & per diuisionem fit descen-
sus ad minimas & simplicissimas particu-
las.

Anthologie Anatomice libellus Prior, & Syntheticus.

De Partibus similaribus cor- poris humani.

VT mixtum corpus è simplicibus pri-
misque corporibus, quæ vulgo vo-
cantur elementa, componitur; ideoque
mixti natura & compositio intelligi ne-
quit, sine prævia quadam elementorum
cognitione: sic humanum corpus partibus
constat similaribus, tanquam principiis
& sensilibus elementis: quarum ideo par-
tium prius est inuestiganda declaranda quo

1 iii

conditio & natura, quām humani corporis fabrica & compositio veniat in cognitionem.

Partes similes decem.

Partes igitur similares decem sunt, os, cartilago, ligamentum, membrana, fibra, neruus, arteria, vena, eato, cutis. de quibus antequam sigillatim dicam, id recte admonuerim, eas scilicet dici, vel spermaticas, vel carnosas, vel medias sive mixtas.

Spermaticae que.

Spermaticæ sunt, quæ immediatè procreantur ex semine, suntque aliis frigidiores, sicciores, albiores, solidiores, vt ossa, cartilagine, ligamenta, membranæ, fibræ, nerui, arteriæ & venæ.

Carnosa.

Carnosæ sunt quæ ē sanguine materno generata sunt, & aliis sunt calidiores, humidiores, & rubræ, vt carnes omnes maximè musculorum.

Mixta.

Mixtæ sunt, quæ ex utroque generatio- nis nostræ principio, semine scilicet & sanguine materno, probè temperatis, sunt generatae, vt partes cutaneæ, sive cutis ipsa.

Observatio noua nostræ.

Monebo præterea, ad rationem partis similes propriè dictæ requiri, vt vitam habeat, & aliam partem non nutriat. Vnde balba, pili, vngues, lac, sanguis, adeps suo pinguedo, non sunt partes similares; quia non vivunt, & quia earum quædam transiunt in alimentum. Sanguis enim est ali- mentum totius corporis: adeps etiam fac- cedit in alimentum, cum corpus premitur inedia. Item vt ex ea plures partes organi- cæ constent: vnde medulla cerebri & dor- si; itemque humores oculorum non sunt partes similares, licet diuidantur in partes similes. Ratio est, quia vnam tantum partem, non plures constituunt.

De ossibus.

Caput I.

Quod in nauibus officium præstant carinæ; in ædibus trabes, parietes & columnæ; in tentoriis pali; in bigis & quadri- gis rotæ; id in humano corpore faciunt ossa, quæ scilicet yniuersam corporis molem fabricamque fulciunt ac sustinent: vnde merito ab osteologia, id est, à tractatu de ossibus, anatomem ordiuntur medici; quia nempe ossa inter partes similares primum locum sibi vendicant, cùm sint veluti fun- damenta cæteratum.

Definitur os, pars similes, frigida, siccæ, solida, dura, ex semine terreno ac pinguigenita, vt corpori stabilitum, firmitatem, speciem & rectitudinem exhibeat.

Ossis tres sunt partes, maxima, quæ me- dia est, & nomen totius retinet, vt os bra- chii, os femoris, diciturque apophysis: protu-

berans, quæ dicitur, & adnata, quæ dicitur.

Apophysis est eminentia ossis; quæ est triplex. Nam si rotunda est, dicitur caput; si acuminata, cornix, sive apophysis, si ex gracili fiat amplior, cœruix.

Caput vel est magnum & profun- dum, vt femoris: vel depresso, quod vocant tuberositas. Corone quadruplex, cœrulea, cœrulea, macula, ex quadruplici figura, styli, ancore, rostri corui, & mam- marum.

Epiphysis est os adnatum ossi, eiusque appendix: cuius usus est, vt in ossibus me- dullois sit operculum, ne medulla effluat: Itemque vt articulatio sit firmior: Item ve ligamenta ex ossibus orianteur; & fractura ossium si quæ obueniat, sistatur, ne ultra perget. Sic epiphysis est in osse ilium, in cu- bito, radio, & aliis: licet ubique non repe- riatur, vt in maxilla inferiori.

Oportuit autem ossa esse plurima in hu- mano corpore ad motuum varietatem: vt scilicet diuinum animal, quasi statua, im- motum non staret, neque serpentum more plura. repereret.

Sed iunguntur ossa duobus modis. Pri- mo per apophysis, sive articulationem. Secun- do, per coniunctionem, sive connaturationem, vt loquuntur Anatomici.

Nexus ossium.

Articulatio est naturalis ossium structu- ra, per quam ossium extrema se se con- ringunt: estque duplex, sive apophysis, quæ est articolatio laxa cum motu manifesto: & articolatio sive apophysis, quæ est articolatio stricta sine motu, vel eo obscurissimo certe.

Diarthrosis triplex: Enarthrosis, cùm cauitas excipiens profunda est, & caput insitum oblongum, vt est articulatio femo- ris cum ischio. Arthrodia, cùm cauitas ex- cipiens est superficiaria, & caput depre- sum; vt articulatio maxillæ inferioris cum osse temporum. Ginglymos, articulatio in quam idem os excipit & excipitur; sive ubi mutuus est ossium ingressus, vt si digitos mutuis insertionibus committas. Hæc articulatio passim visitur in fenestris & ostiis, in quibus ferramentum utrumque, mu- tuum habet ingressum. Sic articulatur fe- mur cum tibia.

Synarthrosis, quæ est articulatio sine motu, est etiam triplex. Prima dicitur suture, sive sutura, quæ est ossium compositio, consutis vestibus similis; estque duplex, serrata, vt in ossibus crani; & ad vnguem, vt in ossibus temporum. Secunda synar- throsis dicitur sutura, quæ est articulatio per simplicem lineam rectam, vel obliquam vel circularem. Sic maxillæ superioris ossa cōmit- tūtur. Tertia sutura, quæ est articulatio qua os ossi inseritur, infigiturq; instat clavi: sic dentes infixi sunt alveolis maxillarum.

Sympysis est naturalis ossium vniō, per quam ossa quæ duo erant, continuantur, & fiunt vnum.

Fit symphysis vel sine medio, ut cūm ossa mollicula & fungosa coalescunt, puta epiphyses, quæ molles sunt & cartilagineæ: vel cum medio, ut cūm ossa duriora colligantur per nervos seu potius ligamenta. Item per cartilagineas, & per carnem: hinc symphysis cum medio triplex, συμφυσις, quæ est vniō per cartilagineas, ut in costis & sterno; συμφυσις, quæ est vniō per ligamenta, ut in omni Diarthroſi; συμφυσις, quæ est vniō per musculos & carnem, ut in osse hyoide.

Sympysis cum medio, vocant nonnulli syndesim, quæ est commissura ossium per carnem, ligamentum, cartilagineum, & ad veram symphysis, quæ sine medio est ac sine motu, referunt Raphen, Harmoniam, Gomphosim, & Epiphysim; voluntque Diarthroseos & Synarthroseos, quæ manifesto & obscuro motu tantum differunt, esse easdem differentias.

Numerus & multitudine ossium declaratur descriptione Sceleti: est enim ~~osseos~~, compages & nexus ossium siue homo osseus.

Diuiditur sceletus, in caput, truncum, & artus.

Caput constat cranio & facie.

In cranio sunt octo ossa; sex propria, os frontis vnum, occipitis vnum, sincipitis duo, temporum duo, intra quæ tria officula ad audiendum comparata continentur, stapes, incus, malleolus: duo communia, nempe ~~osseos~~, id est, cuneiforme, quod etiam dicitur basilare, quia situm est in basi caluze, è qua emittuntur processus concavi, ~~osseos~~, ab alatum quadam similitudine sic vocati: & os, ~~osseos~~, siue spongiosum, vel ~~osseos~~, cribriiforme, in modum scilicet cribri perforatum, & ad summam nasi radicem situm.

Facies, duas habet maxillas. Superior constat ossibus undecim; Inferior autem, duobus.

Vtrique adiuncti sunt sexdecim dentes (in quibusdam sunt octodecim,) quorum quatuor sunt incisores, duo canini, decem molares.

In Trunko sunt, spina, costæ, & os anonymous.

Spina quatuor habet partes, cervicem, dorsum, lumbos, os sacrum.

Cervix constat vertebris septem, dorsum duodecim, lumbi quinque, os sacrum quatuor; quorum ultimum degenerat in substantiam cartilagineam, quibusdam parvulis ossibus constructam, quæ vocatur ~~osseos~~, Gallicè le croupion.

Costæ vtrique sunt duodecim, septem

verz, septem spuriae; quibus os sterni anteriore parte, clavicula superiore; & scapula siue omoplate, posteriore annexantur.

Os anonymous habet tres partes, os ilium, os ischium, & os pubis.

Artus duo sunt, manus & pes.

Manus diuiditur in brachium, cubitum, & extremam manum.

Brachii vnicum est os; cubiti, duo, radius scilicet & cubitus.

Extrema manus diuiditur in carpum, metacarpium & digitos.

Carpus ossa habet octo; metacarpium, quatuor; digiti, quindecim: quibus officula sesamoidea, manuum & pedum internois, vnde cum ligamentis implicantur.

Pes diuiditur in femur, tibiam, & extremum pedem.

Ossis femoris vnicum est, Tibia, duo; perone scilicet & tibia, cum rotula in genu.

Pes extremus diuiditur in tarsum siue pedium; metatarsum siue metapodium; & digitos. Ossa tarssi sunt septem; metatarsi, quinque; digitorum, quatuordecim.

His omnibus annumerandum est os Hyoides à figura v. dictum, ad linguæ radicem situm, mento, sternum, scapulis, per sarcosim siue musculos alligatum, & in quinque officula distributum.

Ossa omnia vivunt & nutruntur medula; sed sensum non habent; quia nulli nervi, à quibus est sensus, in eorum substantiam disperguntur. Quid si ossa sentirent, animal esset in ~~animata~~, perpetuo dolore; quia ossa semper sustinendi officio funguntur, portantque pondus corporis: vnde dolor sequeretur si sentirent.

Dé reliquis Partibus similaribus?

Caput 2.

Secundum locum inter similares partes ~~Quid si~~ habent, Cartilagines, Græcè χορδοί, quæ cartilagineæ definiuntur partes similares, ossibus molliores, carne dures & solidiores, flexiles, sensus expertes, ex semine terreno & viscidogenitæ, ut partes motui destinatas custodiunt, ossium contritionem impedian; motum eorum adiuvant, faciantque diuturniorem; denique ut ictus molliter cœdendo eludent.

Cartilago accedit ad naturam ossis: hinc absurda humiditate, cartilaginiæ sunt ossa progressu temporis, ut videre est in tellinis ossibus infantium.

Cartilaginiæ ferè diuiduntur ut ossa & ligamenta. Ligamentum siue vinculum definit pars ~~osseos~~ similaris solida, ossibus mollior, duratamē, fortis & valida, sensus expertus, ex semine tenaci & lato orta, ut partes iungat colligerque.

μεμβράνη,
ιατρού.

Membrana est pars similaris, lata & plana, ex semine viscido & aquoso procreata, ut partes vestiendo tueatur.

Fibra est pars similaris, subtilior, ex semine viscido & lento genita, ut carnes tueatur, & motum adiuuet.

ιατρού.

Vocantur fibræ stamina, filamenta, villi; suntque tenues illæ & albentes lineæ, quæ apparent musculis, id est, carnosis partibus, aspersæ.

Fibræ alia rectæ sunt & longæ; quarum munus est attrahere: alia transversæ sive circulares, quarum munus est expellere: alia obliquæ, quarum officium est retinere.

ιατρού.

Nerui, arteriæ, venæ, vulgo estimantur partes similares, & ad iudicium sensus, sed exactè loquendo, non sunt simplices, nec perfectè similares: quia constant fibris & membranis. Sed & nerui intus molles sunt ac medullosi; in superficie autem sicciores & duriusculi.

ιατρού.

Hinc rectè definitur neruus, pars sensus iudicio, non perfectè similaris, ex semine glutinoso & frigido genita, à cerebro vel medulla spinali orta, intus mollis ac medullosa, extrinsecus membranosa & duriuscula, ad facultatis sive spiritus animalis distributionem, id est, ad sensum & motum uniuerso corpori distribuendum, destinata. Nerui nomen interdum sumitur pro ligamento & tendine sive tendone; sed propriè. Nam tendones constant fibris tenuibus ipsorum neruorum & ligamentorum si nul intextis, & in vnam veluti chordam coëuntibus, ad iuuandos neruos, ut motum perficiant.

ιατρού.

Ideò tendones propriè sunt extremitates sive fines, vel potius funes, & quasi caudæ musculorum, quæ in partes mouendas inseruntur & dicuntur ἀρτηρίαι. Arteria est pars sensus iudicio similaris, ex semine lento & ductili genita, ex eorde orta, ad facultatis sive spiritus vitalis distributionem. Vel si maius, est vas rotundum, oblongum, fistulæ modo excauatum, duplicitunica, fibris intertexta constans, deducendo sanguini spirituoso & subtilissimo, nec non temperando, reficiendo, & expurgando singularium partium calori, à natura destinatum.

ιατρού.

Vena, est pars sensus iudicio similaris, ex semine lento & ductili genita, ex ecor corata, ad sanguinis distributionem. Vel, vas oblongum, rotundum, fistulæ modo excauatum, simplici tunica omni fibrarum genere contexta extructum, continendo & distribuendo sanguini destinatum.

ιατρού.

Caro, est pars similaris ex sanguine procreata, ad fibratum, quibus circumciatur, robur. Finem carnis voluit Plato cum esse, ut reliquas partes aduersus æstum,

frigus, aliasque externas iniurias tueatur & defendat, instar clypei & propugnaculi.

Caro quadruplex. I. Est musculorum, quæ propriè caro est in illis & rubicunda, ex sanguine mediocriter resiccato genita. II. est viscerum, diciturque vulgo πάστη, χυμός, quasi affusio allutusque, ut est caro cordis, & hepatis. Putauit Erasistratus huius vocabuli inventor, carnem hanc concrescere affuso sanguine è venis. III. Est cuiusque partis propria, quæ dicitur à G. L. carnosam cuiusque partis substantiam, qualis est in ventriculo, intestinis, œsophago. Nam in partibus solidis duplicitam substantiam Galenus agnouit, vnam exquisitè solidam & fibrosam, penitus exanguem; alteram villosam replentem, quæ dicitur propria caro cuiusque partis. IV. Est caro glandulosa, cuiusmodi est pancreas in imo ventre, de quo postea.

Glandulam definierunt veteres quidam carnem in se conuolutam; rectius tamen ab Hippocrate lib. de glandulis dicitur, pars rara, simplex, friabilis, & spongiosa modo mollis, vasorum & visionibus firmans, humoribus superfluis ehibendis, & quibusdam partibus irrigādis destinata.

Cutis denique est pars similaris, ex sanguine & semine commixtis genita, ad omnium partium custodiam & vestimentum. Debuit enim cutis constare sanguine & semine, quia de partibus carnosis & spermaticis debet iudicare. Creditur enim cutis externi tactus organum.

Ad cutem refertur cuticula, quæ est ipsius cutis efflorescentia, simillima pelliculae ceparum.

Sed hæc quæ de partibus similaribus hoc libello dicta sunt, amplius illustrabit posterior libellus.

Anthologia Anatomica.

Libellus posterior & Analyticus de partibus dissimilariis & organicis humani corporis.

VT trium principum partium, hepatis, cordis, & cerebri, necessario influxu, iustoque moderamine, vniuersum hominis corpus vivit & gubernatur: sic & tribus illis partibus singulis, singulæ corporis regiones ac veluti prouinciae fuerunt à natura destinatæ; in quibus ipsis principes partes resideant, earumque potestas ac imperium exerceatur.

Itaque vi partes principes tres sunt; sic *Tres sunt humani corporis regiones tres fuerunt ab Anatomiis constituta.*

Prima supremaque regio est caput; cuius princeps est cerebrum.

Secunda, sive media, est thorax, cuius Rex & Dux est Cor.

Tertia, sive infima, est venter inferior, cuius Imperator est hepar.

Quod reliquum est corporis, vocant Anatomici extrema, sive artus: de quibus omnibus breuiter & compendiosè diceamus, ordinem sectionis non dignitatis sequuturi; initium videlicet ducento ab infima regione, sive imo ventre; quem qui cadavera secant, primò aperiunt; eo quod partes imo ventre contentæ, facile putrefactant in cadaveribus.

De infima corporis regione sive ventre inferiori.

Abdomen, & aliud Latinis, Græcis *gaster, ventre, omphalos, venter*, dicitur, venter inferior: qui est tota illa pars seu regio corporis, quæ cartilagine Xiphoides, id est, ensiformi, in extremo sterni posita, & vtrinque costis ac ossibus pubis circumscripta.

Situs est imus venter in infima parte corporis: quia recipit & excernit grauiora excrementa.

Est mollis & carneus, ut, cum opus fuerit, dilatetur: sic enim post alimenti sumptionem, & in gestatione foetus, venter dilatatur.

Dividitur in hypochondria, quæ pars est eius superior; in umbilicum, quæ medias; in hypogastrium, quæ infima.

Constat partibus continentibus & contentis.

Continentes aliae sunt communis, quæ scilicet in aliis quam in ventre, locis reperiuntur: suntque quinque, cuticula, cutis, pinguedo cum sua membrana, panniculus carnosus, & membrana communis muscularum: aliae propriæ, ut musculi abdominis & peritonæum.

Contentæ aliae inseruiunt nutritioni, ut hepar, ventriculus: aliae generationi, ut vasa spermatica, uterus, penis, testiculi: de quibus sigillatum & breuiter dicendum.

De continentibus communibus.

De cuticula, quæ est primum ac tenuissimum corporis tegmen, & quæ nata est ex crassiore cutis excremento, dixi Libello priore; ut etiam de cute & pinguedine. Restat panniculus carnosus, cum membrana communis muscularum.

Est igitur panniculus carnosus, membra na cuti & pinguedini subiecta, vniuersum ambiens corpus, musculo simili, cuius usus est vasa cutis fulcire, muscularum carnes tegere, & vapores sanguineos sua crassicie

continere, & in adipem conuertere.

Membrana communis muscularum ea est, quæ musculus annectitur per tenua filamenta, ut eos inuestiat, & à se inuicem separet.

De continentibus propriis.

Quoniam primæ partes continentes, & abdominalis propriæ, sunt musculi; ideo priusquam progrediamur ulterius, de musculo nonnulla generatim prælibanda sunt.

Musculus Græcis *mus*, Latinis etiam *lascus*: eo quod lacerto sit similis, vel etiam muri exoriato, definitur partim ex stratura, partim ex officio.

Priore modo, pars organica & dissimilans, constans carne, villis, nervis, arteriis, venis, & propria tunica.

Posteriore, pars dissimilans, spontanei sive voluntarii motus, qui vulgo dicitur animalis, immediatum instrumentum.

Repetendum ex Physica, ad motum localis animalium necessaria esse, obiectum appetibile cognitum; facultatem appetentem; vim motricem, cerebrum, spiritus animales, nervos spiritus deferentes; denique musculos spiritus per nervos excipientes.

Sed in musculo tres partes distinguntur, *Caput* caput, venter, cauda. Caput musculi est *muscum* eius principium, quod in aliis carnosum est, in aliis nervosum; in aliis membranum: & in quod maxima ex parte nervosus inseritur. Hinc caput musculi dicitur esse nervosus.

Venter est pars media musculi, quæ carne intumescit; ideoque venter musculi vocatur caro.

Cauda est finis musculi, vel potius funis, *tanda*, è fibris nervorum & ligamentorum intertextis concinnatus, vocaturque à Latinis tendo, à Græcis *στενόπεδος*. Actio musculi vel est primaria, nempe contractio ipsius versus principium suum, & oppositi musculi relaxatio: vel secundaria, estque relaxatio ipsius, & contractio oppositi.

Musculi in corpore vniuerso sunt plus quam quadringenti. Duo enim sunt frontis; sex palpebrarum; oculorum duodecim; aurium sex; narium quatuor; labiorum nouem; maxillæ inferioris decem;

ossis hyoidis octo; linguæ decem; faucium & laryngis quatuordecim; capitis quatuordecim; colli octo; scapularum octo; brachiorum sexdecim; cubiti octo; radii octo; carpi quatuor; manuum quinquagintaquatuor; respiratoriæ sexagintaquinque; nempe triginta duo distendentes & totidem contrahentes, quibus continentur, *membrana*, sive intercostales: his sexaginta quatuor additur diaphragma: quamquam volunt

alii esse octoginta nouem musculos respiratorios. Imi ventris decem sunt musculi; dorsi decem; ani quatuor; vesicæ unus; rectum duo; penis quatuor; crurum viginti octo; tibiarum viginti duo; pedis duodecim; digitorum quadraginta duo.

Vt ergo ad partes continentis proprias, ne npe musculos & peritonem veniamus; musculi abdominis sunt decem, nempe quatuor obliqui, duo recti duo pyramidales, & duo transversi, à fibrarum ductu & figura sic appellati. Eorum usus est abdomen comprimere, unde sequatur deturbatio excrementorum, valida expiratio, retentio spiritus, fœtus excussus.

Musculi
abdominis
10.

Perito-
nium.

Peritonæum est membrana vndiquaque duplex, aranearum telis expansis & latioribus simillima; tenuis quidem, sed firma, & partibus imi ventris circumtensa, ut eas inuoluat & custodiat.

De partibus imo ventre contentis.

Æ sunt, epiploum, intestina, mesenterium, pancreas, ventriculus, hepar, vesicula fellis, lien, renes, vreteres, vesica, partes genitales, tam viriles quam mulieres.

Epiploum.

Est pars dissimilans membranosa, duabus tunicis constans, venis, arteriis, contexta, & plurimo adipem munita, ventriculi fundo & intestinis incumbens, ac veluti innatans; unde nomen habet *innatum*, quod est innatere, vt eorum calorem foueat, decurrentes arterias & venas sustineat; itemque ramos venæ portæ, qui distribui debent in ventriculum, lienem, intestinum duodenum, & colum sufficiat. Vocatur à Latinis, *omentum*, à Gallis, *la crespine*.

Intestinum.

Est pars dissimilans, concava, oblonga, rotunda, ab imo ventriculo ad annum & extremum podicem usque protensa; coquendis & alterandis cibis, distribuendo in hepar chylo, denique exportandis repurgandisque fecibus à natura instituta, flexuosis gyris & anfractibus circumvoluta, ne alimentum confestim dilabens, gulæ & insaturabili abdomini nos subiugaret.

Est verò intestinum, vel gracile, vel crassum.

Gracile triplex, duodenum, longum duodecim digitos; ieiunum, & ileum, *omnes* tunc, quod est vertere, vel, conuoluere, dictum. Crassum etiam triplex, cæcum, siue saccus & appendix tenuis ex ilei fine & coli principio ortum habens: colon *omnes* rotundatum,

quod est torqueri, quia in hoc intestino termina colica sunt, & dolores acerbissimi; & rectum, quod rectè proteditur ad anum. Cuius inferior pars stringitur musculis orbicularibus, quos vocant sphincteres, *omnes* *constricti*, quod est stringere, ne præter voluntatem nostram excrementa deiiciantur.

Mesenterium.

Est pars dissimilans, membranosa, intestina colligans, duabus tunicis, venis etiam permultis & arteriis, adipem, & glandulis contexta.

Pancreas.

Est pars dissimilans, glandulosa, constans venis, arteriis, & neruis, sub ventriculi fundo, duodeno, & vena porta ad renes usque sita, ramos vasorum fulcens, & ventriculo instar molliusculi puluinaris subiecta.

Ventriculus.

Est pars dissimilans, & insigne corporis organum, cauum, rotundum, oblongum, membranosum, duabus tunicis propriis constans, & vna communia peritonæo, omni villorum genere intertextum, cibis excipiendis, & chylosi, quæ prima coctio est, conficiendæ dicatum, sub diaphragmate situm, inter hepar & lienem.

Tres in eo notantur partes: Fundum siue cauitas excipiens cibos, & duo orificia, superius, quod dicitur stomachus, antiquis cor, ab exquisito sensu, & sympathia insigne cum corde propriè dicto; inferius, quod dicitur *pylorus*, cui alligatum est duodenum, in quod scilicet per pylorum, quasi per ostium siue portam, demittitur chylus, iam in ventriculo elaboratus, ut eius pars purior per venas mesenterii deferratur ad hepar; atque inibi vertatur in sanguinem.

Hepar.

Est pars princeps calida, humida, constans parenchymate sanguini concreto simili, & tunica tenuissima inuestita, figura extrinsecus leui & gibba, intrinsecus cava, ut ventriculum complectatur, suoque calore foueat, & aspera propter vesiculæ fellis situm, venarum radix, sanguinis officina, sub diaphragmate, & costis notis in dextro hypochondrio sita, tribus ligamentis connexa, quorum unum vocatur suspensorium, per quod hepar alligatur diaphragmati; secundum; per quod costis & lumbis; tertium est vena umbilicalis qua abdomini annectitur.

Vesicula fellis.

Est vasculum quoddam, siue folliculus membranosus, figuram parui piri &

longiusculi referens, vnica constans tunica, triplici genere fibrarum intexta, cum venulis, arteriolis, neruulis, & duobus ductibus choliodochis: quorum priore in hepatis exponendo attrahit cholera amaram & flauam; posteriore, qui desinit in duodecimum, eam repurgat & excludit: unde fluities in facibus, & facultatis expulsive extimulatio ad deiectionem: dicitur enim Cholera clyster naturalis.

Lien.

Est organum corporis à figura linguae
bulbulo linguosum viscus appellatum,
constans parenchymate raro, fungoso, so-
luto instar spongiae solidioris, in sinistro hy-
pochondrio situm, neruulis & venis qui-
busdam, sed arteriis quam plurimis, res-
persum, & è massa sanguinis limum ac lu-
tulentam illuuiem secernens, sicque iecur
expurgans, tenui membrana à peritonæo
orta inuestitum, parte caua ventriculo,
parte gibba diaphragmati, & reni sinistro
membranarum péritonæi interuentu alli-
gatum.

Renes.

Duo sunt viscera carnosa, solida, figuræ semilunaris, musculis lumbo-rum insidentia, ad latera venæ cauæ posita, ut sanguinis massam repurgent aquo & seroso humore, per venas emul-gentes.

Vreteres.

Dvo sunt vasa teretia, crassa, neruosa, alba, caua, exquisito sensu praedita, è renum sima parte orta, quibus vena è sero sanguinis genita sinuoso reflexu, & continuo fluxu deducitur in vesicam: vocanturque vulgo meatus sive canales vrinarii.

Vesica.

Est matula corporis humani, sive la-
guncula membranosa, rotunda, &
aliquantulum oblonga, vrinam ab vrete-
ribus excipiens, eamque ad tempus reti-
nens. Eius sunt partes duæ, fundum
& ceruix. Fundum continet vrinam:
ceruicem stringit musculus orbicularis,
Sphincter dictus, ne inuitis nobis vrina
effueret.

Partes genitales.

ALiæ sunt viriles, aliæ muliebres.
Nam, ut rectè Martialis. 2. epig.
*Dixit natura mares, pars una puellis, Vna
viris genita est. Atque hæc naturæ com-
munis lex est, ut generatio non nisi maris
& foeminae coitu perficiatur, intermedio*

semine; quod reuera, (licet aliter senserit Aristoteles,) uterque parens effundit. Est autem mas, qui in alio generat; fœmina, quæ in se. Et partes quidem generationi Quid mas dicatae, dicuntur partes speciei: quia conferunt ad speciei propagationem, tam in ^{o fami-} viro quam in muliere.

Partes igitur viriles sunt vasa quatuor secundum præparantia, Parastatae, Testes: Vasa ejaculatoria, Prostata, Penis.

Vasa præparantia sunt duæ venæ spermaticæ, & totidem arteriæ: vena dextra spermatica oritur immediatè à trunco venæ cauæ descendenteris; sinistra à ramo emulgenti: ideo sanguis venæ dextræ purior est & elaboratior, ut pote probè coctus: sinistram aquosior, & sero multo dilutus. Hinc aiunt mares in dextris, fœminas in sinistris, & à sinistris generati: mares enim fœminis calidiores.

Ex his vasis mirabili artificio implicatis
fiunt parastatæ, siue, epididymides, corpus-
cula oblonga, varicosa, candida, testicu-
lis adstantia, eisque incubentia, in media
parte nonnihil dehiscentia, semini coquen-
do ac dealbando destinata.

Testes verò vel testiculi, ὄρχες dicti, siue
στήθη, quia bini; sunt præcipua generatio-
nis instrumenta, mollia, cauernosa, glan-
dulosa, facultate spermatopoëtica, id est,
seminali prædicta, figuræ ovalis, duabus tu-
nicis communibus tecta, nempe scroto vel
scorto, siue bursa, illa rugosa acute & cuti-
cula constante; & darto è carno so pannicu-
lo oriunda; & totidem propriis, exteriore
vna quæ è avulsa, vaginalis dicitur; interio-
re altera, quæ solidiore est, & substantiam
testium immediatè inuoluit.

Vasa ejaculatoria sive deferentia, (Græcè πόσις μανποί) duo sunt, utrinque unum, à parastatis orta, ut semen à testibus ad prostatas deferant: (continuantur enim vasa preparantia, parastatz, vasa ejaculatoria, quibus pro vario situs officio nomina impununtur,) substantia alba, neruosa, teretia, & cavitate fere insensili perforata, quam facile permeat subtile & aëreum semen ac spiritu plenum.

Prostatæ sunt binæ glandulæ ad penis seu
virgæ virilis radicem positæ, supra vesicæ
sphincterem densiore membrana ad semi-
nis custodiâ inuolutæ, & sensu exquisitissi-
mo (vnde coitus voluptas) præditæ, u-
nempe semen elaboratum excipient, affr-
uentque ad tempus profusionis.

Penis à pendendo dictus, est *viga* *virilis*, siue *membrum virile* ad *radem* *ossis pubis* *situm*, extra *corpus pendens*, oblongum, rotundum, *musculis* *attuor* *con-*
stans, duobus *principiis* *neriis* *cauis*, *utrimque* *vno*, & *canali* *medicis* *meis* *comuni*, *entra* *dicitur*, siue *penis*.

fistula vrinaria, è collo vesicæ productiori orta.

B. 2. d. 4. n. 5. Extrema pars penis dicitur *balaustre*, glans, caput mentulæ, pars carnosa, mollicula, in acutum vergens, sensu exquisito prædicta, quæ dum sanguine & spiritu turgescit, rubet ac tenditur, utroque refugiente corrugatur & pallat. Balanum tegit cutis penis prædactor, quæ dicitur *præputium*, (pars Iudæis solita circumcidi,) cui scilicet præputio illa cutis alligatur inferiore fibula sive freno. Circulus balani dicitur corona.

Spatium inter penem & anum vocatur *septen*, *femen*, aut *interfemineum*.

Partes genitales muliebres, sunt vasa quatuor spermatica semen præparantia, duæ venæ & duæ arteriæ; quæ ut in viris tota feruntur ad testem & epididymida; sic in fœminis aliter habent.

Vena enim & arteria bipartitæ finduntur, ita ut maior portio absumatur in epididymida & testem; minor ad fundum utriusducatur. Et quidem prior illa variis anfractibus implicatur ad seminis delineationem, tandemque effingit epididymida, corpus varicosum, molle & glandulosum.

Ex his præparantibus vasis duo alia oriuntur deferentia, veleiaculatoria, magis flexuosa quam in viris, circa testes lata: cum recesserunt à testibus, angustiora; tandemque ampliora feruntur ad uterum, tam ad eius cornua, quam per eiusdem latera.

Habent & mulieres suos testiculos absconditos, seminis muliebris opifices, utriusque lateribus accumbentes, utriusque singulos, lumborum musculis insidentes, virilibus minores, molliores, frigidiores, & multis vesiculis sibi mutuo adnatis refertos, sed carent prostatis.

Pars vero præcipua mulieris, qua mulier est, matrix est, sive uterus, ager ille naturæ, utriusque parentis semen excipiens ad proli generationem, inter vesicam situs & rectum intestinum, figuræ rotundæ oblongioris, instar piri maiusculi, substantiæ membranofæ, ut dilatari & claudi, cum oportet, facilè possit. Habet uterus tunicas duas, villos sive fibras rectas, obliquas, transuersas, venas, arterias, nervos, ligamenta, tanquam partes similares: sed diuidi solet accommodatius in partes quatuor dissimilares.

Prima vocatur fundum, quod est proprium utriusque corporis, cuius laterales processus vocantur cornua.

Secunda dicitur os sive orificium utriusque internum, quod est meatus angustior, quo uterus semen virile prolectat & aterat; quo concepro adeo exquisitè clauditur, ut ne aciem quidem acus aut specilli admittat.

Tertia est collum uteri, quod vocant simum pudoris, estque meatus vel canalis oblongus, instar vaginæ, ut sit hastæ vel virginæ virilis receptaculum: in cuius medio, alii aiunt, alii negant esse in virginibus membranulam in medio perforatam, quæ primo concubitu profuso sanguine disrumpi soleat: & dicitur vulgo Hymen, vel clavstrum virginale.

Quarta est pudendum, vulva, sive officium; cuius quidem partes externæ & obuiæ sunt, pubes, monticulus, labra due, magnarima: internæ autem alæ, molles & spongiosæ, per quas urina deducitur, unde nymphæ vocatæ sunt: item quatuor carunculæ, (quæ potius nymphæ vocari debent quam alæ.) membranulis quibusdam inter se coeuntes, quæ suo situ florem virginitatis Garyophyllo nondum planè explicato, id est, ocello, similem constituunt. His enim attritis perit flos Virginæ.

Tandem apparet Clitoris, virginæ virili utrumque similis, duobus ligamentis cauis, intus spongiosi, crassoque tanguine plenis, & quatuor exiguis musculis constans: qua parte quasi muliebri hasta inter dum abutuntur in rem obscenam ipsæ mulieres, sese ad venereum voluptatem confricantes, indeque tribades sive fricatrices appellatæ. Est enim *obscuritas*, obscenum verbum. Sed hæc de genitalibus mulierum & virorum, atque de cap. i. libelli posterioris dicta satis sint.

Libelli posterioris caput secundum.

De media regione humani corporis sive Thorace.

Thorax *thorax*, quod est saltare, quia ibi cor perpetuò mouetur, & quasi saltitare, nomen habens. Est etiam humani corporis pars, quæ à iugulis ad cartilaginem Xiphoidem extenditur, & superius claviculis, inferius diaphragmate; anterius sterni, posterius vertebribus dorsi; dextrorum costis est circumscripta.

In Thorace distinguntur partes continentes, vel communes, de quibus antea; vel propriæ, ut musculi, ossa, costæ, cartilagine, mammæ, diaphragma, pleura, mediastinum: & contentæ, ut cor, pericardium, pulmo, venæ caue ramus illustris, arteria magna, nervi, aspera arteria, pars œsophagi: sed quia de ossibus & costis, quæ in cartilagine desinunt, & de cartilagine Xiphoidæ in fine sterni posita ad stomachi & diaphragmati tutelam libello priore diximus, ad alias partes breviter est transcendum.

De partibus

De partibus Thoracis, continentibus propriis.

Eæ sunt,

Musculi,

Thoraci incumbentes; qui vel anteriores sunt, utrimque tres; vel posteriores, utrimque decem; vel costis intertexti, qui vocantur *intercostales*, & in undecim externos totidemque internos sunt diuisi.

Mammae.

Aliæ sunt virorum, quæ sola cute, adipe, & papillis constant: aridiores tamen & depressores, ut quæ facultate lactifica quam *γαλακτωματικων* Græci vocant, destituantur, in pectori sitæ, ad robur viscerum contentorum, & corporis ornamentum.

Aliæ mulierum, quibus ut & vetero differt à viro mulier: mammæ enim mulierum turgidiores sunt, glandulosæ, vi lactifica præditæ, pluribus vasculis instruæ, ad infantuli nutritionem. Et eæ quidem geminæ sunt; quia possunt mulieres edere geminos fœtus, non plures, nisi perraro. Ideo animalia polytocca, quæ plures edunt fœtus, habent etiam plures mammae; ut sues, canes fœminæ.

Apices mammarum vocantur papillæ: earum color in virginibus rubet, prominere instar fragi: in lactantibus siue nutritibus liuet; in vetulis ac senioribus nigrat.

Areola autem dicitur circulus ille qui papillas ambit.

Diaphragma.

Est præcipuum organum placidæ & liberæ respirationis, duabus constans membranis, duabus venis, duabus arteriis, duobus nervis, duobus circulis, uno membranoso, altero carnosæ, figuram Rhaë pisces referens, à pectoris osse per costatum spuriarum extrema, ad lumborum regionem transuerso & obliquo situ expansum, ut imi ventris viscera, quæ dicuntur partes naturales, separat à partibus Thorace contentis, corde scilicet & pulmonibus, quæ vitales appellantur: si que impedit, ne cor tertiis vaporibus ex imo ventre ascendentibus inficiatur. Hinc enim nomen habuit *σπηρατης*, quod est separare. Perforatura autem duobus foraminibus, uno à dextris, ad venæ caue ascensum; altero à sinistris, ad descensum œsophagi. Mouetur perpetuo: quia laxatur in inspiratione, & contrahitur in expiratione;

Tom. II.

qui motus non tantum est in usum respirationis, sed etiam ad ventilationem hypochondriorum, & liberiorem faciem dectionem.

Pleura.

Est membrana costis subtensa, partes *vitales* thorace contentas continens, cuius inflammatio dicitur Pleuritis; morbus acutissimus & periculösus.

Mediastinum.

Est corpus membranosum à duplicita *pleura* ortum, à iugulæ ad diaphragma extensem secundum longitudinem, & secundum latitudinem à sternō ad vertebras, dextram thoracis partem à sinistra dirimens, viscera suspensa tenens, & læsa una parte alteram conseruans.

De partibus Thorace contentis.

Eæ sunt, thymus, pericardium, cor, eiusque vasa, pulmo, aspera arteria, œsophagi pars.

Thymus.

Est corpus glandulosum, molle, delicatum, spongiosum, in summa thoracis parte iuxta iugulum, sterno subiectum, venam cauam aſcendentem fulcens, vasa conseruans, Gallicè *la fagoüe*.

Pericardium.

Est membrana cor inuolvens, ab eo tangentia distans quantum ad dilatationem cordis opus est, & ad humorem serosum continendum. Esterim Pericardium aqua minimè acri plenum, ad refrigerium cordis, quod alioqui suo continuo motu torraretur.

Cor.

Est pars princeps omnium calidissima, *vita* principium, radix arteriarum, dæsa solidaque carne constans, adipe etiam, venis, arteriis, nervis, fibris, tunicaque propria, figuræ pyramidalis, nuci pineæ similis, in medio thorace sita, perpetuo motu agitata, ad spirituum vitalium procreacionem.

Cordis vasa, ventriculi, septum medium, auriculae, valvule, motus.

Cordis quod ex basi ampliore superiore locum tenete in turbinatum mucronē desinit, quatuor sunt vasa, sic distincta in ipsius basi, ut duo sint in uno quoque sinu, nempe vena caua & vena arteriosa in dextro; arteria venosa & arteria magna in sinistro. Sunt enim dumtaxat duo cordis ventriculi, licet tres esse supra scripsit Aristoteles. A vena caua affluit multus

sanguis in dextrum ventriculum, ut ex eo per septum medium cordis percolato in sinistrum ventriculum, fiant spiritus vitales; & præterea eodem sanguine pulmones nutritantur. Cor enim à dextro suo sinu profundit sanguinem ad alendos pulmones, per venam arteriosam, sic dictam, quod constet tunica crassiore, ut arteria s. licet officio vena sit, cum sanguinem vehat.

Spiritus vitales sunt ex sanguine & aëre.

Arteria autem venosa sinistro cordis ventriculo in eum finem alligata est, ut aërem attractum & in pulmonibus præparatum (in quorum substantiam ipsa plures ramos effundit) deferat ad cor refrigerandum, & ut ex eo fiant spiritus vitales. Fit enim vitalis spiritus ex sanguine & aëre bene coctis & præparatis. Item ut eadem arteria venosa fumidos vapores è corde exeuntes expellat, & portionem spiritus vitalis deducat in pulmones. Dicitur autem venosa, quia constat tunica simplici, ut vena, licet officio sit arteria.

Arteria magna, quæ aorta dicitur, & mater arteriarum, oritur etiam à sinistro cordis sinu, è quo vitalem spiritum hauriens, cum per ramos aliarum arteriarum, in unius corpus distribuit.

Auriculæ cordis sunt duæ appendices membranosaæ, molles, cauernosaæ, à figura sic dictæ, ad utrumque ventriculorum latutus emicantes: quarum dextra ostio venæ cauæ præiacet; sinistra arteriæ venosæ: quarum usus est, ut excipient sanguinem & aërem, repente in cor irruentes, ne insubita contractione per oppressionem suffocetur; & ne vena caua & arteria venosa rumpantur in violentis motibus cordis: cor enim magna vi sanguinem & aërem trahit.

Valvulae tricuspides & semicirculares.

Valvulæ cordis, sunt ostiola quædam membranosa, singulis vasorum orificiis adnata, ne quod in cor intromissum est, refluat pereadem vasa; & ne quod effluit, redeat; suntque undecim, tres scilicet valvulæ tricuspides, in orificio venæ cauæ; duæ tricuspides, in orificio arteriæ magnæ; totidem in orificio venæ arteriosæ.

Motus cordis in quo vita consistit, dia stole & systole distinguitur: illa est dilatatio cordis, qua sanguis per venam cauam, aët per arteriam venosam attrahitur. Hæc est contractio cordis, qua spiritus vitales confertim & copiosè per aortam emittuntur, fumidiq; vapores excluduntur per arteriam venosam; & simul portio spiritus vitalis per eandem arteriam in pulmones deducitur.

Pulmones.

Velutines. Vnt organa carnosa, rara, mollia, spongiosa, obtuso sensu prædicta, vngulæ bu-

bulæ similia, tenui pellicula obducta, tribus instruta vasis, aspera arteria, vena arteriosa, arteria venosa, in quatuor vel quinque lobos, siue partes diuisa, in cavitate thoracis, quam inspirando opplicant, sita, motum thoracis sequentes, ut cor ventilando quasi flabellæ refrigerent, & respirationi vocique inferuant.

Aspera arteria & œsophagus.

Vnt partes collis. Quod cum in gratiam pulmonum & thoracis extructum sit, (nam quæ earent pulmone, & vocem, præsertim articulatam, non edunt, collo etiam earent,) de eo est dicendum,

Collum.

Et pars dissimilans, inter caput & thoracem media, vocis modulandæ, & pulmonum gratia procreata.

Eius partes externæ sunt, vel internæ.

Externarum una anterior, quæ vocatur guttæ, vel iugulus, cuius summa dicitur pomum Adami: alia posterior, quæ ceruix nominatur: aliæ duæ laterales, quæ dicuntur parotides.

Internarum quæ cute & pinguedine teguntur, aliæ etiam sunt posticæ, ut septem vertebræ, medulla spinalis, musculi, posteriores quidem, undecim; anteriores, sex: aliæ anticæ, ut venæ iugulares, arteriæ carotides, nerui, Larynx, & eius musculi quatuordecim, aspera arteria, œsophagus, quibus Amygdalæ suetensillæ annumerantur.

Aspera igitur arteria, Græcis, est canalis siue fistula respirationis, vocem & halitum transmittens, humores à capite dilapsos, vel in pulmonibus collectos, tussi, aut screatu reliquias, tunicis duabus constant, venulis etiam arteriolis, neruulis, cartilaginibus propriis, quas vocant sigmoides siue semicirculares, in partibus anterioribus & lateralibus conspicuas, atque membranosis circulis connexas: pars enim posterior tracheæ, quæ tangit œsophagum, membranosa est, & mollior, ne lœdatur œsophagus dum cibos deglutit.

Caput asperæ arteriæ dicitur Larynx, reliquum corpus bronchos.

Larynx est organum constans quatuordecim musculis, & tribus, vel, ut aliis placet, quatuor cartilaginibus, ad vocis modulationem; ad cuius latera duæ sunt glandules spongiosæ, amygdalæ dictæ, quæ laryngem, linguam, & œsophagum humore suo irrigant.

In medio autem Laryngis exigua rima apparet, λαρνις dicta, ad ingressum aëris comparata: quam quidem rimulam, ne potus cibusue subeat, occludit λαρνις, corpusculum cartilagineum, paruæ linguæ, vel potius folii hederae figuram referens.